D. JANUARII PISANI PHILOSOPHI,

ICONOLOGIA NATURALIS,

SIVE

ELUCIDARIUM ICONOLOGICUM,

Quo Enucleantur Necessitas Fundamentalis Naturalium Figurarum, & Saporum Ducentium Intrinsecum Motum Vitalem Universalem Omnibus Naturalibus Fluidis, & Solidis Firmantibus Intrinsecè Machinas Vitam Habentes, ac Singulorum Idea, Sensatio Jucunda, & Molesta Distincta, Multiplicata varia.

CAROLO AUSTRIO

VI. ROMANORUM IMPERATORI
III. HISPANIARUM REGI

DICATA.



NEAP. Typis Felicis Mosca, cIↃ. IↃ. ccxxxiii.
Publica Facultate.

CAROLO AUSTRIO

Augusto Cæsari, & Hispaniarum Regi.

JANUARIUS PISANUS

In obsequium provolutus cuncta bona, fausta, feliciaque P.

HAut sane decorus videar, qui unius justi de Naturali Philosophia lucubrati libri levidense munus Tibi dem, dicem, ac dedicem, Princeps

Orbis Terrarum Maxime : qui ab Herbicis usque temporibus nobilissimam originem ducis, ut amplissimi Tui Stemmatis ornamenta testantur, ubi Dracones flammas evomunt excussas e venis silicum, ex quibus insignis tuus Torques Burgundicus concinnatur; namque Heroës, quod *Virgilius* innuit, ignem in Terris omnium primi invenerunt; & ab Historia Poëtica Hercules Hydram, Bellerophon Chimeram ignivoma monstra extinxisse narrantur: Aureumque suspendunt Vellus, eorum temporum testem, quibus *Homerus* canit, Heroës aurearum pecudum prædas agere. Ista Heroica origo, quam, dum *Petrasancta* de Aurei Velleris Torque scribit, adhuc ignorari profitetur, longo post temporum intervallo in Aniciam Gentem, Romanarum nobilissimam propagata, in Philippo Burgundiæ Duce cum antiquissimo Gothorum Hispaniæ Regum stemmate coaluit; itaut quicquid usquam inclytum, augustum, aut summæ Fortunæ eximium, sive apud Græcos, sive apud Romanos, sive apud Barbaros memorari potest, id omne ab ultima Generis Humani anti-

antiquitate in Tuam Augustissimam Gentem Austriam confluens perpetua successione præfulgeat. Cumque ea postremo in duas Orbis Terrarum amplissimas Familias divisa esset, altera Hispanicam Monarchiam obtinuit, quam *Justus Lipsius* Monarchiæ Romanæ, quum maxime sub Octavio Augusto florebat, comparare non dubitavit; altera, nempe Tua Germanicum Imperium rexit, feliciterque nunc regit, & publica concipiuntur vota, ut sit perpetuo rectura: cujus claustra in Tua sunt ditione, Alsatia adversus Occidentis, adversus Orientis vires Hungaria; quæ, uti & alia Tua hereditaria Regna Te in Europa omnium Orbis Terrarum fortissima, & excultissima Parte universi Christiani Nominis Imperatorem constituunt. Sed tua Virtute, & Gloria tantum supra Tuos præclarissimos Decessores es prætervectus, ut ipsum Carolum V. exsuperes. Is enim pacata successione Hispaniensem Monarchiam Germanico Imperio conjunxerat: Tu vero eam Tibi asseruisti bello, quotquot unquam gesta sunt maximo: quod si quis in contentionem ponat, etiam bel-

lis

lis Cæsaris Pompejque, qui de Romano Imperio concertarunt, Alexandri Magni ac Darj, qui de Persiana Monarchia conflixerunt, Romanis, & Carthaginiensibus, quibus de universi Interni Maris, ac proinde Terrarum omnium Imperio pugnatum est, rerum gestarum magnitudine longe præit. Quibus belli egregjs ita præstantes pacis artes componis, ut Te Europa revereatur, Asia metuat, universus Terrarum Orbis suspiciat. In tanto Tuæ fulgore gloriæ cæcutire mihi plane viderer, si hoc qualecumque literarium opus non, Te Auspice, literarjs typis mandarem. Neque vero adrogantiæ notâ me dignum arbitror, quod Tuum Augustissimum his libris Nomen præscriberem: quin potius pro mea virili parte obsequentis animi mereri laudem existimo, pro illo antiquo Tuorum Germanorum more, quo, ut *Tacitus* narrat, clientum sua quoque fortia facta (utinam hæc ita sint sapienter dicta) suorum Principum gloriæ adsignare præcipuum juramentum est. Et Tua præcelsa animi magnitudine fretus spero fore, uti ab Tuo Cæstarei fastigj

ſtigj apice auguſtiſſimum viſum in hæc ima demittas; cum Deus Optimus Maximus, cujus divino beneficio hac rerum Univerſitate tot, tantiſque innumeris pulcherrimis formis exornata utimur, fruimurque, ſuper ſuis aris vulgaria thura adoleſcere, & caducos flores ſibi dari non dedignetur. Itaque curatiſſima prece Te, CÆSAR, rogo, quæſoque, ut uno Tuo clementiſſimo obtutu hoc opus, quod ex ſeſe fortaſſe parvum, promiſcuum, brevis ævi, facias Tua virtute magnum, præcipuum, immortale.

VIR-

VIRTUOSO LECTORI.

On omnibus datum concipere quantum. Nostras Iconologicas Elucidationes luci mandamus, ne Idealogici Iconismi obscuri, & quedam non levi successoribus, abscondita veritate induti, undique, & non parùm, à multis declamentur: Idcircò contenta in eis, ac sinu servata patefacere visum est. Sat Viventium primas traductas seminales ideationes, motus, & multiplicatas species tradidit nostra Naturalis Idealogia, quæ modò carens gyremate fallaciarum, & tricis, objectionibus innumeris, penès non paucos nodosa visa. Qui anatomicas scrutantur machinas, & non voce, sed re, & vera fundamentali philosophica cognitione virtuosi sunt, certè intrinseca Idealogica anatomica expressa agnoscunt, quæ prioribus latentia fuere. Præsens Iconologia erit clavis antecedentis Idealogiæ: At tyronibus, sed non undique virtuosis. Aperi nimis abscondita forsan; sed vera contenta in figuris naturalibus, saporibus, ac motu, fundamentali origine, productione, traduce germinationes, generationis sensitivæ, specificationis, perficientiæ, vitalitatis,

tatis, varietatis, multiplicitatis, durationis perfectivæ, & defectivæ cujuslibet viventis machinæ, singularumque motum ab intrinseco habentium positis, modulatis, unitis in quanto creato universali ipsis naturalibus figuris, propriis saporibus consonis, similibus, æqualibus ligatis nexu modulationis intrinsecæ; tunc oritur, consequitur germinatio, productio, fit generatio, statuitur specificatio, oriuntur varietas, multiplicatio, & motus intrinseci vitales. Quia horum fundamentum extat in ipsis expressis ex figuris à terreo sinu, saporibus ex primo acido, & motu ex elastico, & universali primo fluido aqueo nutritivo; idcircò quantum sit annotandum in ipsis, operæ pretium est publicis typis committere, ut visis, cognitis, ostensis, patefactis iis omnibus productione, & generatione necessariis fundamentis, etiam cuique clara veniant, & nimis elucidata ea, quæ Idealogia Naturalis tradidit nostra. In multas Enucleationes divisa præsens Iconologia Naturalis, ut digna, distincta, clara singula sint, nec difficile, durumque, neque absconditum cuique sit phœnomena obvia explanare facilè, clarè, & jucundè, non contensiosis verbis, sed anatomico systemate. Dubitandum forsan non erit reperiri non paucos adhuc tenacissimo ligamine detentos, pertinacique lapidea duritie invasos, qui præsentia spernant, at his dicendum scrutentur vera. Alii ar-

guere non deerunt, qui repetita perſpiciant aliqua in præſentibus paginis ſignata; at verò id actum confirmationis, vel neceſſariæ probationis vinculo, ne obſcura viſa fuiſſent expreſſa: Ideòque Elucidationes nuncupatæ. Virtuoſe Lector tuo ſublimi, & innato candore parce meo brevi undique calamo, meiſque forſan obſcuris dictionibus, tuoque perenni, erudito, lucido ingenio ſuaviora, jucunda, clariora redde. Vale.



INDEX

ENUCLEATIONUM, ET ELUCIDATIONUM NATURALIUM.

ELUCIDATIO ICONOLOGICA NATURALIS.

E*Nucleans initia machinarum viventium.* pag. 1.

ICONOLOGIA NATURALIS,
Sive
ELUCIDARIUM ICONOLOGICUM
Fluidorum naturalium, ac solidorum unâ machinam viventem intrinsecè firmantium. 9.

ENUCLEATIO I.
De Naturalibus Figuris Machinæ cuique organicæ viventi Necessariis. 13.

ELUCIDATIO I.
Omnibus Machinis organicis viventibus Figurarum Naturalium annexio necessaria. 14.

EUCIDATIO II.
Naturalis necessitas Figurarum est in singulis Fluidis Naturalibus dicatis Nutritioni Machinarum viventium. 22.

ELUCIDATIO III.
Figurarum diversitas, & stabilitas in Seminibus vegetantium necessaria. 30.

ELUCIDATIO IV.
Requiritur Figurarum Naturalis necessaria diversitas in singulis Partibus viventi Machinæ. 37.

ELUCIDATIO V.
Multitudo varia Figurarum Naturalium in vivente organica Machina necessitat. 42.

ELUCIDATIO VI.
Homogenea, & eterogenea Figurarum necessitas in Generatione Viventis. 47.

ELUCIDATIO VII.
Fortitudo in Machina vivente organica ex ligatis Figuris. 53.
ELUCIDATIO VIII.
Machina organica Figurarum structura motũ modulat. 60.
ELUCIDATIO IX.
Similitudo, & Dissimilitudo Viventibus Machinis organicis defertur ex modulatione Figurarum. 67.
ELUCIDATIO X.
In Machina Vivente Nexus Figurarum fert Durationem. 74.
ELUCIDATIO XI.
Alienatio successiva Ligaminum in Machina Vivente facit ipsarum Figurarum successivam Laxitatem, undè Durationis, & Vitalis Motus deficientia. 76.
ENUCLEATIO II.
De Saporibus Naturalibus singulæ Viventi Machinæ Tributis. 81.
ELUCIDATIO I.
In Qualibet Vivente Organica Machina Saporum Naturalis necessitas. 82.
ELUCIDATIO II.
Saporum Ortus, Origo, Migratio. 87.
ELUCIDATIO III.
Fœcundationis Munus Undè, Quomodò intrinsecè singulis Seminantibus Tribuatur. 95.
ELUCIDATIO IV.
Fungorum Productio Fœcundatio in Vegetativa Societate, undè Erumpat, & quomodo fiat. 109.
ELUCIDATIO V.
Eruptio Fungorum ex sinu Terreo, qualem Fœcundationis Ideam agnoscat. 118.
ELUCIDATIO VI.
Sensitivorum Generatio necessitate Naturali initium habet à Saporibus. 126.
ELUCIDATIO VII.
Organum Fœcundationis Tribuens Saporem Prolificum, necess-

necessitat in sensitivis. 130.

ELUCIDATIO VIII.

Ovaria Sedes, & Cavitas Organica in sensitivis, quibus struatur Fluidis. 135.

ELUCIDATIO IX.

Sapor Fœcundans in sensitivis, an idem, vel Diversus sit. 140.

ELUCIDATIO X.

Sapores Fœcundantes quales in Vermium Emptione. 145.

ENUCLEATIO III.

Motus intrinseci Naturales in Viventibus Machinis Elucidantur. 153.

ELUCIDATIO I.

Motus Naturales intrinseci in Machinis Viventibus. ibid.

ELUCIDATIO II.

Motus Primus extricationis in fluidis fit, ex salium solutione, saporum, & figurarum mixtione.

ELUCIDATIO III.

Motus Fermentativus intrinsecus Naturalis necessarius in Viventibus. 162.

ELUCIDATIO IV.

Cuique fluido Naturali motus fermentativus est necessarius 165.

ELUCIDATIO V.

Motus Cribationis continuus in Machina Vivente necessarius. 168.

ELUCIDATIO VI.

Cribationis Motus exigit necessariò diversa emunctoria. 172.

ELUCIDATIO VII.

Motus intrinsecus necessarius cuique organicæ Parti, & Motrici Fibræ. 177.

ELUCIDATIO VIII.

Motus agitur in omni idcanti Sede. 180.

ELUCIDATIO IX.

Motus in omni Nutritione necessarius. 183.

EPI-

EPITOME ICONOLOGICUM. 185.

ENUCLEATIO IV.

Vegetans Machina scrutinio ducitur. 188.

ELUCIDATIO I.

Intrinsecum vegetare, quale veniat. 189.

ELUCIDATIO II.

Crescere intrinsecum undè, quomodò in vegetantibus fiat. 193.

ELUCIDATIO III.

Seminalis Fructificatio stabilitur. 197.

ELUCIDATIO IV.

Anima Vegetativa, quæ intelligenda sit. 201.

ELUCIDATIO V.

Ideatio Plantifera, quæ statunda sit. 205.

ENUCLEATIO V.

Sensitiva Anima explananda. 208.

ELUCIDATIO I.

Impressio Sensationis. 209.

ELUCIDATIO II.

Undè sensatio jucunda fiat. 221.

ELUCIDATIO III.

Tristis Dolorosa Sensatio qualis. 226.

ELUCIDATIO IV.

Machina Vivens Percipiens Sensationem. 234.

ELUCIDATIO V.

Species diversæ sensativæ, quomodò in hoc systemate. 243.

EMI-

EMINENTISSIMO SIGNORE.

FElice Mosca espone a V. Em. come desiderando dare alle stampe un Libro composto da D. Gennaro Pisani intitolato: *Iconologia Naturalis, sive Elucidarium Iconologicum*, supplica V. Em. commetterne la rivisione a chi meglio li parerà, tanquam Deus, &c.

Imprimatur. Neapoli die 7. Augusti 1732.

ANTONIUS CANONICUS CASTELLI
VICARIUS GENERALIS.

Canonicus Januarius Majellus Pro-Canonico Deputato.

EC-

ECCELLENTISSIMO SIGNORE:

FElice Mosca stampatore in questa fedelissima Città di Napoli espone a V.Ecc. come trà le opere composte da D. Gennaro Pisani, vi è quella intitolata: *Iconologia Naturalis, sive Elucidarium Iconologicum*, di un nuovo sistema da lui ritrovato, quale intende stampare; supplica per tanto V. Ecc. commetterne la revisione, tanquam Deus, &c.

Rev. D.Cajetanus Mari videat, & in scriptis referat.

MAZZACCARA REG. GIOVENE REG. PISACANE REG. VENTURA REG. PEYRI REG. PATERNO' REG.

Provisum per S.Excellentiam. Neap.die 14. *Maii* 1732.
Petrillus.

EXCELLENTISS. PRINCEPS.

TE jubente Exc. Princeps, librum legi, cui titulus inscribitur; *Iconologia Naturalis, sive Elucidarium Iconologicum*: nam in eo illa conatur Author explanare naturæ principia, quibus nimirum organicæ construuntur machinæ, suaque obeunt munera, & functiones: id autem magna dicendi copia, uberrimoque orationis genere, cum ità prosequatur, ut Regni jura nihil prorsùs infringat, typis mandari posse censeo, si E. T. annuerit. Neap. die 3.Aug. ann.1732.

E. T.

Obsequentiss. & addictiss. Famulus
Cajetanus Mari.

Visa supradicta relatione imprimatur, & ante publicationem servetur Regia Pragmatica.

ULLOA REG. GIOVENE REG. PISACANE REG. CASTELLI REG. PEYRI REG. PATERNO' REG.

Petrillus.

ELU-

ELUCIDATIO ICONOLOGICA NATURALIS

Enucleans Initia Machinarum Viventium:

NOSTRO SYSTEMATE.

ABECEDARIUM UNIVERSALE, ex quo omnia viventia cujuslibet generis, singularum specierum, ac consequentium individuorum oriuntur, germinantur, producuntur, generantur, fiunt, modulantur, & struuntur. Extat in Figuris veris naturalibus rectissimè circumscriptis internis, & externis; In saporibus annexis agnoscentibus matres suas, sivè Figuras tam Incommunicabiles, quam Communicabiles: In Motu Intrinseco, & Extrinseco, ac denique in successiva continente, perenni Nutritione simili, æquali, necessaria cuilibet Vitali Durationi. Tale Abecedarium Perenne, Firmum, Continuum, Perpetuum, cum sit in Figuris, in Saporibus, in Motu, & Nutritione continua; Necessariò Fundari debet in Veris, Realibus, Perpetuis Fundamentis, ex quibus sunt, ducuntur, conservantur, modulantur perpetuitate naturali omnes Figuræ, singuli Sapores, intrinseci Motus, & Necessariæ successivæ perpetuæ Nu-

tritiones Viventium Machinarum omnium vitam habentium, eorumque etiam vitam non exigentium, at figuras, saporesque retinentium proximè, vel remotè capacium modulari, extricari, fermentare, ut motum suscipere possint, & consequentia obtinere capacia nutriri, perfici, augeri, vitalizari. Hæc elucidanda sunt.

Figurarum Naturalium Fundamentum, Radix, Mater, Origo in Vegetantibus, Viventibus omnis generis, & speciei, est Terreus sinus prægnans innumeris salibus capacibus modulari, & circumscribi tantis figurationibus, quantæ sunt machinæ possibiles viventes, & metallicæ, saxeæ non viventes; ut non sit observabile, non mente concipiendum figurarum quantum dimensum organicum, & non organicum, quod figuram non suscipiat à Sinu Terræ materno; Talemque habendo terminatam, qualem suscepit à sinu suo materno talibus salibus dotato, unde tales signatæ figuræ sunt in ipso quanto, & non aliæ. Circumscribitur Universalissimus Sinus Terreus Rotunda Figura capaci retinere in propria sinuositate omnes multiplices figuras omnium salium cujuscumque figurationis multiplicis, variæ, diversæ, distinctæ, uti sunt multiplicia, varia, diversa, distincta omnia figurata, quanta elementa, viventia organica, & non viventia singula. Fiunt Incommunicabiles Figuræ veræ, quia permanentes, solidæ, duræ, uti est earum sinus, ipsarumque Mater. Quæ magis dura sunt, uti saxea, metallica, & similia, ea sapiunt proximam ideam maternam terream: quæ minùs dura, semisolida, & mollia, ea gradatim distant à terrea matre, uti sunt similes semper figuræ inviolabiles. Gradatio Solidarum Incommunicabilium Figurarum est semper desumenda à proxima, vel distante indole retenta magis, mediocritèr, minùs ex terreo sinu.

Figurarum vera permanens, solida circumscriptio, modulatio, duratio, tamdiù ducit existentiam naturalem in omnibus Viventibus, & non viventibus quantis circumscriptis solidis; quamdiù gaudet ubere, sivè mammis terreis maternis: si deficiat indoles materni sinûs terrei,

rei, statim gracilis, imbellis, dissipata figura solida. Tali, tantaque varia, diversa gradatione fit stabilis, fortis, circumscripta omnis figura in duratione sua. Omnia corpora viventia, & non viventia, quæ osseam, lapideam structuram habent, ea ipsa figuram fortem, & indolem, ac ideam terream retinent. Recessus gradatus à terrea indole, dat distinctionem, varietatem talem ipsis firmis incommunicabilibus figuris: qualem recessum, ac distantiam habent gradatam à terrea idea, & indole. Non reperies circumscriptas stabiles, solidas figuras, quæ totaliter fundatæ non sint, & fugant terream maternam indolem. Solidum, dimensum, quantum, circumscriptum in figura, semper sapit in sua fundamentali structura ideam terream.

Debebat esse talis mater Figurarum solida, permanens, stabilis, perpetua, ut continuò possent ipsæ figuræ stabiles esse, & fundamentales continuæ in perpetuis figuratis machinis viventibus, & non viventibus. Tunc deficient Naturales Figuræ cujuscumque generis, & ordinis, quando deficiet earum stabilis mater, sinus, & fundamentum. Adest figura, estat terrea idea: Quia prægnans variis salibus, ideo subministrat machinis figuratis varias, multiplices, diversas figuras: salibus variis, varièque modulatis, innumeræ figuratæ fiunt machinæ, & diversa dimensa quanta.

Saporibus consonum est, & naturale initium excitare ebullitionis, crepitationis, & fermentationis, non solum intrinsecis naturalibus, sed etiam extrinsecis artefactis expressis succis motum. His datum fermentari, ebullire, crepitare: quo motu fermentativo, ebullitionis, & crepitationis fit liquorum saporizatio, perfectio, & naturalis modulatio in ipsis succis, uvis expressis, cæterisque. Naturalibus intrinsecis saporibus datus est motus Extricationis dictus: Primus in oviparis, viviparis, & vegetantibus singulis, etiam Initium initum incipiens Primum Saporosum est ab Igne, uti Primum Acidum sublime, activissimum, penetrans, agens, solvens, movens, saporosum.

ſum. Primum Acidum, ſivè Primus Sapor eſt in igne, ab igne, cum igne, ſicuti Primum Alchali eſt in aqua, cum aqua, ab aqua. Ex quo Primo Acido Sapore ſubtiliſſimo, ſublimi, activo, omnes alii ſapores ſunt, dependent, modulantur ordine initiativo, cauſa conſervationis, gradationis, activitatis, & durationis modulativæ. Archealitas, Activitas, Gradatio ſaporum eſt in quolibet ſaporifero: tale activum, minus activum, vel mediocriter agens, ſicuti eſt Primi Acidi Saporis Proportio, Gradatio, Modulatio, Copia, Intromiſſio. Nunquam ſaporoſum aliquod invenibile ſine fundamento igneo, ſivè Primo Acido. Vegetantia, Fungoſa, Viventia qualiacumque, unquam ſaporem ullum habere poſſunt, ſine primo igneo ſapore acido: uti fundamentum extat omnium ſaporum, & ſingulorum germinantium, producendorum, ac generandorum, motumque intrinſecum habentium crepitationis, & intrinſecæ extricationis. Ex Primo Acido, initiante ſublimi, activiſſimo ſapore igneo, dependent, oriuntur, ſunt, fiunt, modulantur, perficiuntur, diſtinguntur, gradantur, permanent, conſervantur, operantur, durant, extricantur omnes ſequentes ſapores. Remoto Primo Acido activiſſimo igneo ſapore archeali, impetumque faciente in ebullitione, crepitatione, & intrinſeca extricatione; ſtatim, & gradatim removentur, deturpantur, deficiunt naturales operationes, & intrinſeci ſaporoſi motus: nec ſunt, neque operantur, ac ullum opus ducere poſſunt. Primus igitur Sapor fundatur, eſt, oritur, fit ex Primo Acido naturaliter ideato annexo, inſeparabili nexu naturali alligato ipſi igni. Nimis ſaporoſa, nimis activa, nimis ebullientia, crepitantia, & intrinſecè extricantia ſunt annexa, viciniora, proxima Igneo Primo Acido Sapori Sublimi. Sic gradantur omnia producta, germinantia, genita, & naturales ſingulæ viventes machinæ. Sapores ipſi ſunt cauſa, origo, motus crepitationis, delineationis, & perfectæ ſtructionis in omnibus viventibus machinis cujuslibet generis, ſpeciei, & individui. Producta vitam intrinſecam non habentia, uti

fru-

fructus, cibaria, herbacea, plantifera, lignea, metallica, & qualiacumque cætera reperibilia, tale primum saporem acidum, dum deducuntur in motum habent, & tali habita intrinseca prima indole primi acidi, fiunt capacia; & apta duci in motum, aliter omnino vappida fuerint, & insipida, nullo motu capacia sunt, nec extrinseco. His anatomicè enucleatis. Satis constat Primum Saporem Acidum esse ab Igne ipso.

Motus intrinsecus naturalis elasticus omnis, & qualiscumque fuerit, etiam Externus in artefactis, fundatur in primo Elastico ipso Aere. Motus quilibet intrinsecus, internus, sive extrinsecus, externus in, & ab aere ipso incipit, perficitur, modulatur celer, morosus, mediocris, rumpens, fragosus, molestus, violentus. Nullus motus sine Elastico. Nullum Elasticum sine aliquo naturali motu. Aer in motu est, motus in aere est: motum parit universalem in machina creata internum, & externum, variè modulatum Elasticum ipsum. Omnis gradatio motus universalis, & naturalis, sive molesti præter naturalis fit, agitur Ab, In, Ex aere, cum aere, sivè Elastico intrinseco semper movente. Remoto Aere, nec lumen, nec motus maris, fluminum, ignis, sivè sit Impulsius, externus, sivè internus, nec cogitabilis unquam. Elastico Aereo incipit quælibet germinatio, initiat singula productio, incipit omnis generatio in singulo genere, specie, & individuo. Alieno Elastico, nec motus, nec germinatio, productio, fœtatio. Offenso molesto ex occasione universali, Elastico, vel particulari: Sic gradantur, depravantur, læduntur, offenduntur motus omnes. Est motus, est Elasticum, adest Elasticum; durat motus. Initiat vitale munus, ergo ex Elastico oritur. Incipit vita ex aere, in aere, cum aere intrinseco agente. Deficit vita, deest motus, abest aer; & sicuti Elasticum offenditur, ità & consequentes motus. Omnes extrinseci artificiales motus ex artefactis, & præcipuè in Musicis artificialibus Sonoris ex impetu Elastici fiunt. Artefactum nullum in motu est, non dato præciso impulso, impellente aere. Non vegetant, non crescunt, non augentur, non durant, non nutriuntur vegetantia qualia-

cum-

cumque sine motu : dices : Sine Elastico ipso. Omnis nutritio, omnis restauratio, vitalizatio, duratio in motu fit, sivè Elastico intrinseco: Quo remoto nulla vita, nullus impulsus, nulla illuminatio, nulla nutritio, nec duratio, nec productio, generatio intrinseca singula. Motus, Elasticum intrinsecum, vita, nutritio, duratio. Uno verbo dices omnes motus, singulosque intrinsecos, & extrinsecos fieri Ab, In, Cum ipso Elastico. Ignis, aqua non feruntur, non moventur, remoto Elastico. Licet ipsa prima sint, at annexione naturali inseparabili, naturaliter indispensabili, non operantur sine socio Elastico. Cum quo, in quo, ex quo sunt, durant, ferunt opera. In viventibus singulis generationem, germinationem, vegetationem, sensationem, cæterasque operationes vitales Sapientibus, remoto Elastico, nec sensatio, ebullitio, chylificatio, filtratio, illuminatio, nutritio, restauratio obtineri potest ex ipso Elastico non dato. Defectus, & molestiæ occasionales omnes infallibili necessitate annotantur in singulis viventibus in omni genere, specie, & individuo ex motu, sive elastico. Initium, medium, & ultimus finis vitalitatis, tam perfectivæ naturalis, quam defectivæ molestæ in omnibus, & singulis vitam habentibus, tam intrinsecum, quam extrinsecum in artefactis etiam. Omnis singula species in motu est, seu cum Elastico fit. Deest Elasticum, deficit omnis motus, vitalitas, operatio interna, & externa. Figuræ non communicabiles in solidis, & communicabiles in fluidis, Elastico perficiuntur, & durationem habent. Sapores primi, & secundi, & singuli sequentes modulantur, multiplicantur, perficiuntur ex annexo Elastico ipso, aliter nullus Sapor, quia nullus motus. Motus In, Cum, & Ex Elastico est Annona, sive fons, ex quo perficiuntur omnes vitales operationes. Terra in figuris, Ignis in sapore, Aer in motu, quibus modulatur primum fluidum aqueum universalissimum nutriens, dum his modulatur, perficitur. De quo Aqueo annotandæ sunt sequentes enucleationes.

Primum Aqueum Fluidum illud annexum, & natu-

rale

rale fundamentum, ex quo obtinemus initia generationis auctivæ, productionis perfectivæ, & vegetationis expansivæ. Habemus in viventibus omnibus specificam, terminatamque molem usque ad ultimatam perfectæ structuræ dimensivam naturalem modulationem. Gaudent vitalitatis conservatione, restauratione, & continua duratione machinæ viventes ex eo. Figuræ, Sapores, & Motus intrinseci omnes struunt organicas naturales machinas, indigentque quanto naturali dimenso, quod adhæreat continuò, & successivè: quo durationem, conservationem, & vitalitatis munera nanciscantur. Sunt viventia, ergo indigentia continuo perpetuo conservante, ut durent, ut perficiantur. Hæc sola nutritione successiva continua naturali modulata æquali, simili consona fieri debent. Nutritio exposcit suum mobile, alibile, aptum nutrire, restaurare, augere, perficere, ultimare machinas omnes ipsas viventes. Nutritio omnis fit universalis, & particularis in fluido, cum fluido adhæsivo naturali: quale fluidum, qualecumque sit reperibile subalternum, varium, distinctum, diversum, multiplicatum, specificum in omni genere, & specie, nullimodè obtineri potest sine primo fluido naturali aqueo, quod diversimodè modulatur in sinu terreo, ex multiplicitate, diversitate, & distinctione Salium contentorum in terreo sinu: quibus diversis salibus modulatur, ac consonum fit cuilibet herbæ, plantæ, omnibusque, etiam metallicis, sinu terreo contentis. Vegetantia omnia, & terreæ moli affixa nutriuntur, augentur, perficiuntur in suis figuris, saporibus, & vario motu ex pabulo nutritivo universali aqueo diversimodè modulato ex salibus ipsis ab igneo sapore structis, aptumque fit cuique restaurationi, & nutritioni terrestris quanti dimensi vitã habentis intrinsecam, sive externam quamcumq; auctivam dimẽtionem. Viventia sensitiva cujuscumque generis, & speciei, si careant nutritione: non vivunt, non crescunt, non durant. Omnis nutritio fit in fluido naturali consono specifico: omne nutrimentum, & alibile qualecumque semper fluidum esse debet, & figuræ communicabilis; nec datur fluidum, nec

repe-

reperibile ullum est nutriens, quod in primo, ex primo, & cum primo aqueo fluido annexum non sit; uti nullum datur individuum sine sua specie, nulla pars integrans sine suo organico, nec ullum subalternum fluidum, saporosum, figuratum, quod à primo fluido non sit. Nutritio est illud fundamentum, quo fiunt, firmantur, durant, augentur, conservantur Figuræ, Sapores, & Motus. Remota nutritione, perit omne vivens: ablato primo fluido aqueo, abest omnis nutritio. Igitur primum fluidum aqueum est illud fundamentum naturale necessarium initians, augens, perficiens, ultimans, conservans omnes nutritiones, singulasque viventes machinas in duratione nutritiva. Incubatio, Germinatio, Productio, Generatio perfectissima à fluido initiant, & desinunt in carentia, vel gravissima molestia, & defectu fluidi nutrientis. Figuræ nimis fortes, quia sapiunt nimiam indolem, atque ideam terream, uti sunt saxea, lapidea, metallica, & simillia, ideò fluiditate carentia, & nutritione vitali, atque intrinseco motu. Sapores nimis salini, & volatiles, quia ignei sunt, & diminuto gaudent fluido, ideò breviter extinguntur. Motus celeres, mediocres, tardi, morosi fiunt tales varii, distincti, diversi ex gradata simili varia distincta, diversa intromissione, ideatione; & indole fluidi nutrientis. Dicendum ergo aqueum primum fluidum sic anatomicè patens, ac elucidatum esse necessarium naturale fundamentum primum omnis nutritionis figuræ, saporis, motus, & vitalitatis universæ; quia pabulum necessarium, perenne, continuum permanens, & conservans nutritiones omnes figuratas, saporiferas, & vitales, intrinsecas in omni genere, singula specie, innumeris individuis: sine quo universali continuo perenni primo aqueo fluido, nec motus, nec sapor, nec figura, nec vita, nec machina, licet exilissima vivens obtineri possibilis esset. Hæc sat enucleata, ut sequentes elucidationes nimis claræ pateant.

ICO-

ICONOLOGIA NATURALIS, SIVE ELUCIDARIUM ICONOLOGICUM

Fluidorum Naturalium, ac Solidorum unâ Machinam Viventem Intrinsecè Firmantium

MACHINAM qualemcunque vitæ motum habentem, sivè virescentem organicam, ac sensitivam omnem scrutinio si ducas; eam terminatis succis, partibus, moleculis structam, modulatamque inspicies: officinis, ductibus, canalibus fibris motricibus, singulisque suæ fabricæ naturali necessariis consonis, & debitis firmatam, ac universali motrice fibra gaudentem: modulatione fortissima figurarum, innumeris nexibus ligatam copula modulativa maritali simili inter partes singulas, & communi habita ex motu intrinseco saporum multiplicium fervescentium, mistione luminosa susceptionis, micationis, & expansionis concessa. Ex & In fluvidis, & solidis. Tunc viventis machinæ positionem vitalem firmari, & obtineri censendum est.

Primum Abecedarium singulorum viventium ducens, modulans, initia fundamentalia præbens cuique vitali machinæ, habetur In & Ex fluidis, succis, liquo-

ribus decurrentibus; ac ex Primo Universali Fluido ortis, indèque modulatis, dùm variis, distinctisque figuris in multiplices eterogeneos sapores decurrendo, motu fermentativo intrinseco inspicere tale universale Abecedarium venit ex traduce generativa, vegetativa, & sensitiva successiva, & fundamento primo creationis originem ducendo. Summus, Infinitus, Immensus Motor creando disponens, ut herba in herbam, planta in plantam, aquatile in aquaticum, reptile in suum simile, bipes in bipedem, quadupes in univocum fœtum ex generatione seminum: Sic ovaria fieri, propagari possunt in similia vegetantia, sensitiva, & sua continua conservatione peragi propagationis opus, & munus Fluidum in fluidum, Figura in figuram, Sapor in saporem, Moles in molem, Fibra in fibram, & tandèm vitalis machina intrinseco motu traducenda, propaganda, oriunda esset.

Rectissimè propagationis, & traducis successionem in vegetantibus, & sensitivis legibus in Sacra Genesi cap. I. n. XI., & sequentib. *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum agens fructum, juxta genus suum, cujus semen in semitipso sit super terram: & factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen juxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens unumquodque semen secundum speciem suam.* In eodem cap. num. XX. *Dixit etiam Deus: Producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile super terram sub firmamento Cœli. Creavitque Deus cete grande, & omnem animam viventem, atque motabilem, quam produxerunt aquæ in species suas, & omne volatile secundum genus suum, & vidit Deus quòd esset bonum, benedixitque dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris; avesque multiplicentur super terram.* Et num. XXIV. *Dixit quoque Deus: Producat terra animam viventem in genere suo jumenta, & reptilia, & bestias terræ secundum species suas.* Num. XXIX. *Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super ter-*

Ex primo Fluido aqueo fieri.

Propagatio in volatilibus sensitivis.

Terrestrium sensitivorum delatio.

terram, & universa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui.

In his docemur vegetantium, & sensitivorum propagationem conditam fuisse in seminibus singularum specierum, ac insimul machinas singulas viventes firmari in suis speciebus Ex, & In propriis seminibus in seipsis habentibus terminatas proprias distinctas specificantes dimentiones figurarum intrinsecarum, externarumque terminatas struentes, specificantes propriam viventem machinam in omni genere viventem, & volatilem, terrestrem, & aquas habitantem; ut ex his successivè propagari, traducique possent copulâ generativa maritali in fœminales, à quibus tunc opus perfici posset, & omnia singula viventia in species suas luci demandare, tam in trina dimentione figurarum variarum multiplicatione, & modulatione: indè obtineri motus fœcundationis, generationis, micationis, diastolis, systolis, ac quilibet consonus naturalis motus necessarius cuilibet speciei, & vitali perfecto individuo in suis intrinsecis, & extrinsecis universalibus similibus operationibus. *Vegetantiũ propagatio.*

In semine quolibet fœcundo anatomicè considerandum venit munus, & opus multiplicium figurarum signatarum, ligamine fortissimo strictarum conficientium propriam dimensionem in quacunque geometrica naturali necessaria positione: Quarum ligamen, nexus, dimentio firmant mansionem, ac machinæ vitalis structuram. His figuris specificantibus, & ita structis annectuntur multiplices similes sapores naturales nutrientes, ut tempore suo magnum non prætereundum munus Fœcundationis consequatur: ex quorum naturali nexu figurarum, & saporum specificatio oritur, & motus quilibet Primus Crepitationis, ac fœtationis sequentis perficiendus, elaborandus, & in ultimas perfectas figuras, ac naturales sapores ducendo, firmando in sua specie machinas singulas ipsas viventes. Sic species propagantur, & singularum specierum, & consequentium individuorum deductio, perpetuitas, perfectio, duratio, vitalitas ipsa. Ipsorum

multiplicitas, distinctio, diversitas est ex ipsis multiplicatis modulationibus, & nexibus, geometrica dimentione naturali figurarum, & saporem producentium intrinsecos feruescentes motus Crepitationis, & consequentis Systolis, & Diastolis singulos. Nec qualecunque semen fœcundum esset, & fœcundare possibile naturalitèr reperibile foret sine propria sua naturali terminata dimensiva figura specificis saporibus ligamine modulationis habito maritali inter figuras, & sapores ipsos. In machina tota fluida, & solida semper proportio, similitudo statuenda inter sapores, & figuras communicabiles in fluidis, & non communicabiles in solidis. Solidum qualecunque in fluido, & ex fluido sibi simili conficitur successiva continua adhæsione nutritiva naturali.

Animantia motu generativo, & seminali idea duce suscipiunt naturales figuras specificatas, & proprios sapores, ex quorum Extricatione, & modulatione motus omnes sequntur similes naturales ex generatione seminali idea ducente in ovo fœcundato, ex quo, suisque contentis fluidis fœmineis, & masculeis fœcundis habetur motus crepitationis, & primi puncti salientis, & successiva delineatio canalium, & partium singularum, sedum, officinarum, & viscerum singulorum, quorum nutritio, perfectio agit figuras solidiores perfectas in fibra solida motrice ipsius solidæ viventis machinæ, stabilemque fœtum vitalem specificatum, ut tandem perfecta naturalis idea firmetur ab ipsis figuris, & fluentibus nutrientibus saporibus, quibus omnibus actis tempore debitæ gestationis quodlibet vivens in lucem oritur: ducitur, & vitalem motum adipiscitur perfectum. Generationis mirabile opus peragitur ex figuris, saporibus ipsis, quorum modulatio, maritalis copula, jucundus nexus faciunt, ducunt, pariunt motum extricantem, punctum initiativum salientem, & continuum successivum motum tàm vitalem, quàm universalem ab initio paulatim, indè perficientem particularem individuum in singula exili molecula construente, & nexu universali omnium partium perficientium,

tium, etiam in ipsa universali machina. His incipit, ipsisque perficitur, eisdemque augetur, similibus robustior, firmior, solida fit perfecta viventis, stabilis, mirabilis quælibet genita machina in omni specie vegetativa, sensitiva, & universali nobilissima ducente in sua miranda structura singulas subalternas inferiores species.

ENUCLEATIO I.

De Naturalibus Figuris Machinæ cuique Organicæ Viventi Necessariis.

FOrsan geometricâ doctrinâ vix edoctus cogitabit unquàm reperire prima nuncupata elementa suis non gaudere figuris ex naturali fundamentali necessitate? Nullum fluidum, sivè primum, vel subalternum sua dimentione privari? Naturalia fluida, succi naturales fluitantes, liquores nutrientes machinam quamcunque organicam vitalem, propriis figuris non dotari quis anatomicus assere gaudebit? Quantum qualecunque, si solidum, vel fluitans erit, quia quantum, quia dimentione necessariò afficitur, figuratum est, nec possibile fore inveniri corpus qualecunque suis propriis figuris à propria dimentione statutis, & modulatione signatis, quin figuratum non sit. Vitalitas organicas machinas invadens universalibus figuris, & particularibus signatis gaudere tenetur in canalibus, fibris, officinis, singulisque necessariis ad conficiendum universalem motum diastolicum, & systolicum in fluidis, & officinis ipsis, antagonisticum muscularem in partibus singulis soliditate præditis: quibus figuris gravitèr, alioque modo læsis, molestus quilibet: fit motus deprovans naturales operationes. Omnis quippè organica vivens moles machina crescens gaudet naturali necessitate, ut sua terminata figura afficiatur: ex qua figurarum dimentione, multa opera fiunt, & distinguntur. Exilissima moles in machina vivente suis figuris terminatur; nec capillarum, ac pilorum radices reperiri possibile foret sine propria naturali

turali figura. Vivit, est quanta, movetur die sua terminata figura dotari ex naturali necessitate. Si quanta non viventia sunt quanta. & dimensa, necessariò figurata esse necessitant, quid dices de iis vitam, motusque tantos distinctos habentibus?

ELUCIDATIO I.

Omnibus Machinis Organicis Viventibus Figurarum Naturalium Annexio Necessaria.

I. FIgura, quæ est terminata circumscriptio dimentionis in quolibet quanto, singula mole, machina, longitudine, latitudine, profunditate qualicunque concessa terminatione, statuenda in quanto, in corpore qualicunque sive fluido, sivè solido. Privari figura, est negare dimensum: non habito dimenso, nullum dices quantum existere.

II. Divide omne quantum, qualecunque dimensum corpus, semper qua figura, sivè naturali propria durabili, sivè molesta, dissona affici, gaudere debet. Sit divisibile corpus, partibilis moles, quantum, qua figura necessitate afficitur. Exilis molecula æmulans imaginatum punctum, si corpus, figuratum dicendum. Tunc corpus omne, sivè fluidum sit, vel solidum, dum figuram retinet, corpus est: dum non dimensum, non quantum, non corpus, quia omni figura caret. Divisio, dimensiva quanti, vel molis, tamdiù haberi, obtineri potest, dum aliqua figura, licet exilissima signatur: si deest omnis figura, deficit omnis dimentio, nec corpus nuncupari potest ordine naturali. Moles indivisibilis tunc esset, dum figura non signaretur, & dum figura non signaretur, nec dimensum, nec corpus. Ultima divisio dat ultimam figuram, nec ulteriorem divisionem patitur, quia incapax esset figura terminata. Est quantum, igitur figuratum, est figuratum circumscriptum, ergo dimensum, ergo corpus. Quod aufert ultimam figuram, amovet corpus, abducit quantum.

Figu-

Figurata circumscriptio in corpore fluido communicabilis est : in quanto solido circumscriptio non communicabilis existit.

III. Opus tàm mirum, uti vivens quælibet machina gaudet internis, externisque motibus ab intrinseco ex fluido polychresto multis affecto figuris similitèr, & saporibus, quorum copula maritalis, & multiplicitas pariunt motum effervescentiæ, vibrationis, ac micationis, & singulorum motuum distinctorum seriem, uti sunt canales, ductus, officinæ, & fluida ipsa multiplicibus figuris, ac consequentibus saporibus prægnantia, uti multiplicitas construentium partium, & diversitas earum existit in machina qualibet vivente. Sic dimentio partium, firmitas, fortitudo, proportio, pulchritudo, specificatio, armonia vitalis, & motus universalis, ac particularis, initium, permansio, successivitas, duratio sunt ex modulatione, & geometrica consona naturali proportione figurarum annexarum singulis quibuscumque struentibus partibus. Saporum positio prima, & specificatio machinæ qualiscunque, sivè maxima, mediocris, magna, ultimari, firmari, stabilitate gaudere possibile non foret, ni figurarum annexio, & proportio naturalis necessaria non esset in qualibet qualicunque parte viventis machinæ, & in machina ipsa. Dat anatomen demonstrationem his.

IV. Primo fluido aqueo capacissimo, & universali proptèr suas vacuitates multiplices convenit omnis saporizatio, & susceptio salium quorumcunque, ac saporum, ut fieri, & obtineri possit omnium ferè saporum intromissio ob figuras multiplices in ipso causa vacuitatis. Gaudet perfectissima naturali figura rotunda, in qua contineri omnes aliæ figuræ possent. Sit æmula linea geometricè ducta, ex cujus modulatione multiplici construitur; imo de facto construuntur omnes figuræ, data sola mudulatione diversa, uti saporizatio in fluido aqueo multiplex, & distincta ex modulatione salium. Ex linea diversimodè delata, & modulata oritur omnium figurarum specificatio, diversitas, oppositio; imò absque tanta, talique

varia

varia lineæ modulatione, nulla planè geometrica figura habetur: qualemcumque figuram obtinemus ex lineæ diversimoda modulatione Sphæricam, Ovalem, Triangularem, Pyramidalem, Octo edricam, Quadratam, aliasque innumeras figuras, ut ex linea omnes deducantur necessitate præcisa. Non dissimili, sed æquali necessitate ad machinarum omnium texturam, & positionem stabiliendam ex figurarum modulatione, annexione, non solum ex trina dimentione cujuslibet corporis; sed specificatione machinæ cujuslibet: Ex quarum figurarum abecedaria modulatione fiunt, sunt, & deducuntur tantæ innumeræ distinctæ, diversæ, specificatæ viventes moles, ut in organicis artificialibus machinis pulchræ, mirabiles, monstruosæ duratione longa, vel brevi tempore inspeciendum venit ex sola figurarum diversa modulatione.

V. Gravissimam, ingeniosam arte factam imitationem habetis ex naturalibus ideis viventium, ut cuique pateat, & fiat necessitas figurarum naturalium in omni machina. Ars qualis dicitur, habetur, pretio ducitur, & nobilior excellens illa nuncupatur, quæ exprimit proximiùs, intimèque imitans naturales ideas, ac figuras machinæ viventis imitatæ, uti sunt ideæ pictoriæ, statuariæ, ædificiorum, & machinæ singulæ artefactæ. Totum hoc adipiscitur artifex ex impressionibus, ac structuris figurarum, quarum positione, & modulatione imitativè fit ingeniosa, nobilis machina artefacta, ut metallis valeat artefactum motum concedere, & machinam struere artificio vitalem ordine suo ex sola figurarum positione geometrica annexione, & modulatione ipsarum ferè æmulando motum Diastolicum, ac Systolicum, & Perisystole, sivè morulam artefactum horologium, præbens motum artefactum vitalem expulsiuum, & susceptiuum, interposita morula inter utrumque. Quod magis mirandum est in constructione horologii, ut defectus figurarum struentium ipsum horologium, repræsentent, ac æmulentur molestias, & pravos morbos, quibus afficitur vitalis machina vivens. Solæ figuræ, figurarumque multipli-

Ideal. Icon. VI. fol. 59. num. 28.

tiplicitas, modulatio, nexus imitantes artefactum intrinsecum, vim habent præbere motum ritmicum, consonum, mirabilem, ingeniosum machinis singulis artefactis. Dices igitur figurarum annexionem in metallis, earumque modulationem conficere vitam artificialem, sivè motum extrinsecum metallis ipsis: à fortiori id totum demonstratur in machina vivente necessitare, ut motus intrinsecus vitalis diastolicus, perisystolicus, & systolicus fiat annexione, & modulatione figurarum in corde, omnibusque annexis partibus tali motui vitali dicatis. *Iconis. VII. fol. 84. n 8. & 9. Icon. X. fol. 151. nn. 20.*

VI. Universalium, singularumque artium excellentia, decor, fortitudo, majestas residet in figurarum positione, geometrica proportione, æmulans naturales machinas. Herbæ, plantæ, pisces, reptiles, aves, sensitivæ moles singulæ organicæ, dum picturis, vel sculptura, sivè anaglyptice elaborantur à statuariis, & pictoribus, tunc mirandæ ipsæ picturæ, & statuæ sunt, quando figurarum similitudo, totalis proportio sit inter picta, sælata, & machinas viventes ipsas. His figuris pulchritudo, fortitudo, similitudo, majestas consequuntur. Ergo in artefactis imitantibus naturales viventes machinas, est tam necessaria figurarum positio, geometrica proportio, & nexus: quid excellentiori, & perfectiori naturali ordine necessarium est ponere in viventibus organicis, & vitam habentibus, intrinsecumque ritmicum motum ex primis fundantibus machinas ipsas perficiendas in proportione, æqualitate, & nexu figurarum omnium modulatarum, quarum opere dimensiones, & consequentes necessariæ operationes naturales oriuntur, unà, & non neglectis saporibus consequentibus figuras ipsas.

VII. Rara monstruositas, molesta turpitudo viventium machinarum, & artefactorum, tam in statuaria, pictoria, lignaria, reliquisque artefactis, undè desumuntur, quomodo consequuntur, qua causâ horrida, & earum aspectus naturaliter abhorrere conamur? Nec ullam præter hanc primò præcisam causam reperies, nisi figurarum improportionem, dissonam earum modulationem, &

nexum. Armonia, & figurarum proportio, nexus, & modulatio pulchritudinem donant: sic molesta dissona positio ipsarum monstruositatem, & turpitudinem ducunt.

VIII. Activitas, fortitudo, stabilitas, virescentia molis organicæ viventis, primariò in trina dimentione specifica terminata fundantur. Longitudo, latitudo, profunditas naturalis consona, & reliquæ figurationes omnes, tàm intrinsecæ, quàm extrinsecæ perficiuntur ab ipsis habitis figuris, & nexu, ac proportione ligatis, ut corporis cujuslibet viventis primum fundamentum sit in trina dimentione firmatum, figurisque propriis specificis structum.

IX. Reperiuntur forsan in ordine naturæ, in genere viventium, & non viventium machinarum aliquod corporeum organicum, vel non organicum, quod in specificatione sua careat modulatis, & ligatis figuris? Nec arenula, nec pulex, exileque qualecumque vivens musca, vermis, caries, vel non vivens minutissimus pulvis marmoreus, aliusque suis, vel sua non stabiliatur, specificetur, & activitatis munus exercere valeat, remota figura?

X. Universim non solum totalis vivens machina completa suis terminatis multiplicibus nexis figuris firmatur, in suo esse specifico: at quælibet exilissima pars ingrediens structuram ipsius viventis machinæ habet, possidet, firmata venit sua propria naturali geometrica figura. Inspicere vales structuram aurium, oculorum, narium, oris, & capillorum ipsorum structura radicum, vacuitatum medullarem substantiam, ut pars quælibet in omni organico obvia exprimat suam figuram naturalem, quæ si forsan læsa fuerit, totum organicum molestum reditur. Figuras naturales annexas necessitate naturali, requirit quælibet organica pars.

XI. Multas fungorum species scrutinio duce, specificantur in herbis, plantis, lapidibus, omnibusque viventibus, lacteis, & caseosis. Fit autem fungorum specificatio in figura terminata circa quamcunque arborem, plantam, herbam: quæ fungorum productio, quamvis sit

gene-

generatio in defectivo, nam fungositates tunc oriuntur, & incipiunt, dum corpus vivens perire incipit; attamen ideæ seminales aliquantulum etiam conservantur in generatione defectiva fungorum. Populus suos parit fungos propria figura, ac sapore: quercus alios fungos dissimiles ab antecedenti, sed similes in figura, & sapore: castanea etiam suos gignit fungos in propria naturali figura, & sic de cæteris planctis, herbis in fungositates degenerantibus, ut à fungis ipsis tali figura affectis certiores sumus, ex quibus planctis geniti sint. Figuræ ergo etiam in fungis servant, & requirunt annexûm circumsptionem naturalem. *Iconis. VIII. fol. 110. nu. 40.*

XII. Naturalia corpora organica viventia etiam in *verminatione, propriam figuram annexam retinent necessitate naturali*. In omni specie verminosa caseorum residet propria vermium figura; sic species bubula, ovilla, caprina, singulæque in suis lactiferis ideis imitantibus species proprias, annotantur vermes figura dissimiles, ut figura vermium casei bubuli non sit similis ovillo, vel caprino, & è contra, ut figurarum positio, & terminatio semper resideat etiam in defectiva productione.

XIII. At hoc idem longum non videtur in singulis partibus ipsius machinæ viventis, ut demonstrari ab ipsis valeat necessitatem figuræ consequi, & fieri æmulatione, & similitudine cujuslibet partis in vermes degenerantes. Intestinorum varia cellulatio, varios, distinctosque dat vermes, scilicèt teretres, platias, ascarides: ossa carioso vermes, & sicuti sunt partes distinctæ, scilicèt musculus, membrana, ossa, medullæ, cor, jecur, singulæque aliæ partes, quæ in verminatione proprias distinctas varias figuras, uti est earum figuratio naturalis in statu salubri erat, tunc præbent. Usnea fungus enascens cranio trucidatorum malleo ferreo, dum publicis spectaculis talia capita exponuntur in canea ferrea, post multos menses, non semper, sed aliquando enascitur loco percussionis, qui fungus capillitius est in sua figura repræsentans ideas seminales, licet alienatas capillitii extincti, uti sunt fungi omnes, & ver-

vermes vermescentium partium. Quanto necessaria firma, & permanens est figurarum necessitas etiam in productione, & alienatione defectiva.

XIV. Tuetur qualiscunque organica vivens moles figurarum naturalium necessariam annexionem ex prima seminali idea fundata in figuris, saporibus, & motu, ut in destructione, & alienatione viventis, etiam ex modo probatis, & ostensis talem figurationis nodum retinent, similemque specificatæ molis verminationem. Quanti pretii, ponderis, & fundamentalis structuræ tenenda sit figurarum annexio, maximè expenditur. Hinc

XV. Verus indagator Philosophus scrutinio ducens ova in omnibus oviparis, tam distincta, disparia, & inæqualia in figuris, & ovariis fœmineis, benè, & ultimatè suasus manet, quanta vis sit in figuris in prima generatione. Quælibet species ovipara, aut piscium, avium, reptilium figuram sibi æqualem, & similem enascendo pullo retinet, ut si casu, vel ingenio deturpetur figura ovaria, vel non enascitur pullus sivè fœtus, vel malam compositionem monstruosam retinebit; ita ut totalis similitudo pullifera in piscibus, reptilibus, & avibus à figura desumitur primariò; cujus vitia, vel lævia, mediocria, vel gravia habita in figura ovi, ex quo enascendus est pullus, talem omninò molestiam, ac deficientiam monstruosam deportat in pullulandum pullum cujuscumque speciei.

XVI. Reptilium, volatilium, oviparorum singulo-ova dant claram, certamque elucidationem necessitatis figuræ, qualia sunt ovaria circa figuram, tales sunt species: nam quælibet avicula, pisciculus, reptile, ex suo excluso ovo, in figura demonstrat suam speciem, ut in tali terminata dimensiva figura resideant partes omnes rudes delineandi, & excludendi pulli. Primâ ergo necessariâ annexione necessitat affici in generatione naturalis specifica fiura.

XVII. At metalla universim, si in scrutinium duças; in singulis cognosces discrimen figurarum. Auri, argenti, æris, ferri, plumbi, cæterorumque observabis figuras

diver-

diversus in prim s arenulis, ex quibus depurantur dicta metalla; ut granulum unius metalli intrinsecè disparem figuram contineat ab alia metallica specie. In fodinis præcipuè producentibus diversa metalla, penès peritos tale discrimen reperire licet. In sinibus naturalibus terreis, profundisque acervis specificatur figurarum diversitas in metallis, & clariùs in eorum fusione experiuntur artifices. Distingunt figuras omnes distinctarum specierum metallorum artes fusoriæ, uti ex propria ovulatione totum id in lucem ducitur.

XVIII. Lege naturali, & necessitate intrinseca figura agit, tàm in producendis, quàm in genitis, & generadis, ut secundum genus suum figuram retineat prima initiante generatione. *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum, juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram.* His denotatur species, successio, propagatio in proprio genere, quod genus dicit figuram, ac trinam dimentionem talem, & non aliam propriis figuris signatam. *Genesis cap. 1. num. XII.*

XIX. Ista designatio figuræ in seminibus herbarum, & planctarum fit (quæ semina ovula sunt) nàm omne semen ovationis figuram retinet invegetantibus, viventibus singulis cujuslibet speciei, & quodlibet semen in genere suo conservat terminatam figuram, sine qua, vel prætèr quam essent monstruosa producta, tàm in expansione dimensiva perfectiva, quàm in pullulationis exclusione. Reptile qualecumque non reperibile sine propria figura ovaria, uti vegetatiuum singulum id ipsum confirmat, & ocularitèr ostenditur. Est enim in vegetantibus seminibus, tàm necessaria figura, ut ea ad minimum deturpata, agricolæ recusant serere, pronosticantes ex figura ipsa non ducere stolones, nec apta esse dicta semina ad producendum perfectum fructum.

XX. Ultimata dimentio machinarum desumitur à perfecta, & fundamentali figurarum positione in singulis speciebus, nàm dimentio qualiscunque ea fuerit, semper terminatis figuris circumscribitur, quibus fortitudo, duratio,

ratio, & reliqua propagationis munera obtinentur. Remove figuram naturalem intrinsecam a quolibet semine, & certò removetur propagationis munus.

XXI. Motus, vita sunt, fiunt intrinseca crepitatione primo primi in qualibet initiante productione, vel fœtatione. Qui motus nullimodè obtineri potest, nisi annexione figurarum naturalium geometrica existentia, & modulatarum; nam omne semen, omnis fœtus, omnis vivens, est implicitum horologium signans, & ducens sua munera vitalia ex organicis ipsis partibus contentis; sed nullum dici potest organicum, nisi propriis figuris geometricè structis gaudeat: præter quam figurarum structionem, modulationem, & annexionem nullimode agere, moveri, & organicum esse potest. Igitur si vita, & motus sit In, & Ex organico, & organicum ex figuris sibi naturalibus, & annexis: certiùs ostensum venit figurarum annexionem naturali necessitate requiri ad motum, & vitam habendam, & machinas quascunque viventes organicas naturales retinere necessitate naturali figuras proprias consonas, ut vitam, & munera vitalia exercere possit, & valeat.

ELUCIDATIO II.

Naturalis Necessitas Figurarum est in Singulis Fluidis Naturalibus dicatis Nutritioni Machinarum Viventium.

I. ALiena esse nequeunt naturalia fluida, & nutrientes succi, liquores à terminatis figuris, & privari modulatione ipsarum, & sequentibus saporibus. Unum quodlibet Fluidum specificatum suo ritmo, & debita modulatione gaudet in fundamentali annexa propria figura naturali, licet talis figura in fluidis causa Fluiditatis communicabilis sit. Aqueum fluidum primum, sua rotunda figura affectum omnibus communicatur: cui figuræ semper consonus, & annexus consequitur sapor in nutrienti-

bus

bus faccis, ut figura sit primum fundamentum sequentis saporis. Distincti enim sapores in fluidis omnibus supponunt distinctas similes consonas figuras, in quibus, & à quibus diversitas saporum. Sic pungens urticalis sapor sequitur figuram acutam pyramidalem: omnes sapores specificantur primo ab antecedentibus figuris, à quibus sunt, & in quibus conservantur. Disparitas unius, & alterius sensationis jucundæ, vel molestæ, est ex consona in uno, & dissona in alio figura in quolibet organico. Dulce palato stimulat oculos, delectat linguam, offendit anum: sic omnes cæteri sapores, uti similes, vel dissimiles in figura, diversa munera sensationis inducunt. Roborat musculum, nocet partibus spermaticis. Salivole nervinum, saponarium, subacidum, lymphaticum, esurinum, & quodlibet aliud fluidum causa modulationis, figuræ similitudinis, vel dissimilitudinis cum eo quod tangit, delectat, vel molestat.

II. Nobile Primum Aqueum Fluidum, quia rotandum & capaciorem, maximamque figuram servat: dùm sphærica talis: omnisque figura tali circumferentia omnes retinet figuras, ideò omnium figurarum receptaculum capacissimum est, singulisque figurationibus adaptari, ac idoneum, & innumeras copulari, modulari, uniri, perfici.

III. Nec reperibilis figurationis modulatio, cui non possit primum fluidum aqueum adaptari: Hinc tale primum, tantumque fluidum fundamentum, & universale recipiendi, & præbendi omnes sapores, mediantibus modulationibus diversis, & salia qualiacunque in suis sinibus vacuis recipere, servata proportione, & quantitate fluidi recipientis, & salium recipiendorum.

IV. Et uti primum, & capacissimæ figuræ fundamentum aptum, & naturale nutrimentum vegetantium singulorum, ut ex terræ sinu, ac in terrestres sinulos delata suscipiendo aqueum ipsum fluidum multiplicia salia fiat, ut reddatur polycrestus chylus herbarum, plantarum, singulorumque terreo sinui affixorum: & quia secundatur

ter-

terreis salibus ex ipsa terra susceptis; factione radicum ducitur in herbas, & plantas vi, & modo tali, uti ex naturali ventriculo radicum in omnibus vegetantibus, eo prorsùs modo, quo in sensitivis à ventriculo, & in ventriculo elaboratus chylus defertur, duciturque, uti universalis cibus omnibus nutriendis partibus. In vegetantibus radicibus, quia ventriculum æmulantur, idipsum ad unguem evenit.

V. Sicuti idem cibus comestus à canibus, leonibus, lupis, ursis, coruis, cervis, aliisve brutis, fit in diversis ventriculis eterogeneus chylus, & in eodem ventriculo V. G. leonis ideatur cibus in chylum distinctæ, & multiplicatæ figurationis distinctione saporum, licèt rudium, sed perficiendorum in ultimis officinis propriis. Indè causa nutriendi diversas eterogeneas partes leoninæ machinæ, scilicèt osseas, medullares, membranaceas, musculosas, glandulas, cartilagines, tendines, cæterasque omnes; perficitur, distinguitur in diversos decurrentes liquores ex prima habita idea chylifera in leonis ventriculo. Talitèr primùm fluidum aqueum ab iisdem plantis herbis suctum, veluti in ventriculo radicali ipsarum chylificatur, & redditur fluctuans in omnibus, singulisque partibus corticalibus, ligneis, medullosis, frondibus, floribus, fructibus, & tandem seminibus diversitate figurarum gaudentibus.

Ideol. Icon. V. per totum.

VI. Sic universalissimum fluidum elasticum suam annexam continet Conicam, capillaremque structam figuram, ut Boylenses observationes adnotant. Ignis suam pyramidalem, à quibus nullimodè spoliari possunt, ut intima annexio propriæ figuræ sit tàm necessaria, uti est eorum existentia, sine qua figuratione naturali, licèt fluida, nec existere possunt, neque sua propria munera exercere valeat. Arte, vel casu si supprimeretur eorum figuratio, scilicèt pressione, nimiaque dilatatione, indè insurgunt monstruosæ, & violentæ crepitationes destruentes machinas ipsas, uti bellica instrumenta, & mathematica artefacta quotidiè edocent. In fluidis igitur universali-

salibus est annexa naturalis figura necessariò, licèt communicabilis sit, quale discrimen est intèr annexas figuras in fluidis, & solidis.

VII. In his, & ex his subsequentes liquores, succique, cæteraque singula particularia fluida suscipiunt suas naturales figuras necessitate naturali, alitèr operari, & annecti, adhærere non possent, neque nutritioni prodesse, & nutriendis partibus primis, ac restaurationibus secundis conferre. Sic fluida naturalia distincta intèr se primario causa figuræ, & subsequentis saporis; quoniam ex figura sapor, & in figura sapor conservatur, sedemque retinet.

VIII. Omne quodcunque fluidum specificatur primò à propria figura subsequente sapore figuræ annexo, & tali nota, & positione modulativa distinquntur à primo naturali fluido aqueo: cætera particularia fluida, singuli liquores; & succi dicti, scilicèt Acidum, Austerum, Amarum, Dulce, Ponticum, Salsum, Urticosum, & innumeri alii sapores ex fluidis figuratis, & modulatis ideantur diversimodè in diversas, disparesque species; & quod magis urget, & fovet: est, ut distinctis, diversisque figuris, & saporibus nutritiones, restaurationes, & durationes vitales conserventur, perficiantur, & ad gradationem specificam dimensivam ducantur singulæ machinæ in omni genere viventium, vegetantium, sensitivorum, cæterorumque nutritione diversa, distincta, specifica indigentium.

IX. Machinæ omnes organicæ viventes, ut vivant, crescant, durent, restaurentur, debent necessitate naturali nutriri; at nutritione illa chylosa, & alibili, quæ adhæsiva, unibilis, consona, sociabilis sit, ac permanens; sed talis societas, unio, adhæsio similitudine agitur, non dissimilitudine, vel discrepantia, ac oppositione. Omnis nutritio est intùs susceptio, & aucta dimentio ab alimento facta, in quo casu, & nutritione singula, semper figura augetur, vel restauratur: at figura nulla alienis augetur figuris, nec restauratur, sed solùm similibus: Circu-

Ideal. Iconismo XIV. fol. 257. nu. 31. usque ad n. 37.

lus restauratur concentrico circulo intùs suscepto: Ovalis figura ovalibus, triangularis, etiam similibus, alitèr absonum, & monstruosum foret. Sic sapores similibus saporibus augentur, & restaurantur, ut dulce dulcibus, non amaris, vel ponticis: Austerum austeris reficitur, sic ponticum ponticis, &c. Hinc geometrica demonstratio, & mathematica edocent, ut figuratio debeat esse similis, si restaurans. Fluidis nutrientibus singulis talis figuratio annexa competit.

X. Aliena non est observatio, & licitum sit eam huc ducere. Tempore majali, cœloque sereno supra frondes planctarum, & herbarum cadit nocturnis, & præcipuè auroræ horis ros sensim, ut matutinis primis radiis solaribus Crystallo lenticulari observandum veniat, & inspicitur ros supra frondes delatus paulatim consimilem figuram sucipere ipsius herbæ, vel plenæ, cui insidet, & quam irrorat: Hoc non alia causa, nisi nutritionis externæ, & annexione figuræ ipsius herbæ, vel plantæ. Nutritio figurativo fieri debet, præter quam figurationem in fluido nutriente incapax redderetur.

XI. Certam, & signatam modulationem figurarum etiam exigunt metallica ipsa in suis fluidis nutrientibus. Fodinæ diversæ distinctis locis, diversa, & disparia producunt metalla causa fluidorum nutrientium dissimilium diversitate irradiationis, & positionis horizontalis.

Ideal. Iconismo XIV. fol. 245. & seq.

XII. Hinc uniformitas figurarum in salibus Auroræ tributis, & fluida rorida auroræ horis elapsa supra vegetantia ipsa univoca, & similis est: fit sagittalis, acuta, uti frondium figura sapit ex salibus insidentibus, & modulantibus successivè in suam similitudinem roridum fluidum. Ovalis ovalem; Octoedrica similem: Conica non disparem: Esagona consonam: Angularis sibi æqualem: Sagittalis univocam, uti sunt salium figuræ modulantibus roridum liquorem.

XIII. Intèr figuras solidi organici, & omnium solidorum, aliud discrimen non est cum figuris liquorum nutrientium fluitantium, nisi tale; ut ex solidis figura non com-

communicatur alteri, quia ejus partes struentes strictiori vinculo tenentur, & ligantur, ac nimis inter se sint annexæ, & ligatæ partes struentes machinam solidam; Undè firmitas, durities, soliditas. Quod satis, & nimis clarè demonstrant gradationes soliditatis in plantis diversis viventibus, metallis, saxis. Nonnulla solida corpora, tàm viventia, quam organica, & vitalem motum habentia sunt durissima, dura, minùs dura, mollia. In eadem mole vivente, ossa dura, tendines minus, cartilagines, glandulæ: solidæ, duræ, minùs duræ, molles. Gradatim partes, licèt omnes solidæ. Tantas servant varias firmitudines, ac soliditates, durities, uti modulatio ligaminum, soliditatis inter partes; cum arctatæ nimis figuræ strictissimæ multiplices faciant osseam structurā: Minùs strictæ, & ligatæ figuræ non tantam duritiem: Totum id tali gradatione structum observare licet in Regno Fluviatili, terrestri, & volatili, & in omni genere, & Regno talis distinctio gradationis, sicuti sunt species, & individua, & in ipsis individuis singulæ partes struentes totum id annotant causa ligaminis figurarum stricti, strictissimi.

XIV. Naturalis figura fluidorum communicabilis alteri est; & ideò fluida nutriunt, quia uniri, adhærere alteri per concentricam intùs susceptam figuram possunt. Fluitant succi, liquores nutrientes, sed figuram non amictunt, imò si dissimilis fieret casu, vel morbo in quolibet fluido nutriente, vel non esset suscepta, vel non retineretur, sed expelleretur à solido nutriendo. Morbi omnes ferè ex hac causa primam originem ducunt. Primis fluidis inest propria figura communicabilis: secundis fluidis, & sequentibus nutrientibus idipsum tribuitur, quia proximiores, & viciniores nutritionibus singulis. Figuræ communicabilitas in fluidis non aufert debitam, naturalemque figuram à quolibet liquore: quæ si remota foret, nec possibilis esset nutritio ulla in specie aliqua. Nàm nutritio similitudine figuræ, & saporis fit inter succum nutrientem fluidum, & solidum nutriendum.

Ideal. Iconismo XIV. fol. 259.

XV. In fluidis etiam datur majoritas, mediocritas, & minoratio communicabilitatis ex ipsarum figurarum textura, & nexu, laxitudine, & strictione, multiplicitate, & singularitate figurarum, quæ omnia subalterna, & consequentia sunt, ac supponunt figuras ipsas in fluidis omnibus: Sic fluida corpora magis, & minùs mediocritèr, paululumve figuræ ex figurarum textura strictiori, vel laxiori habita; vel alio gradatim modo, dùm figuræ magnæ, parvæ, diminutæ, multiplices sunt in fluido ipso, undè redduntur liquores fluitantes magis, minùs mediocritèr, affluentèr fluitantes, communicabiles, & decurrentes: sic enim specificantur nutritiones omnes in machina vivente, dùm multiplices partes eterogeneæ inter se succis alibilibus nutriuntur, augentur, restaurantur. Ossa, cartilagines durioribus succis, mollioribus musculi, laxioribus glandulæ, & sic singulatim observare anatomicè venit. Species enim supponunt genus, & individua, sivè particularia supponunt speciem, & genus. Fluida enim magis, minusque, mediocritèr, affluentèr in figura communicabilia, & sic gradatim adhæsiva fiunt figurarum modulatione, strictiori, laxiori, mediocri, laxa, &c.

XVI. Simili figura gaudet solidum nutriendum, sed non communicabili figura. Fluidum tale, & singulum, ut suum munus nutritionis exerceat, & aptum sit tale solidum nutrire, necessitat suam communicabilitatem figuræ non solùm similitudine gaudere, at etiam actu indigere dimensione singula figurativa. Nutritio enim fit, & agitur, atque adhæret concentrica intromissione fluidi nutrientis cum solido nutriendo, quæ adhæsio concentrica inter fluidum, & solidum nullimodè agi posset, non data figura simili, licet communicabili inter fluidum alibile, & solidum nutritum.

XVII. Viventia vegetantia saporibus propriis dotata adnotant gradatim, & demonstrant proprios sapores in propriis figuris naturalibus affixis, nexis singulo vegetanti; & hoc non alitèr evenit, nisi quia sapor est in figura,

& à

& à figura conservatur. Amarus, acidus, austerus, acerbus, ponticus, dulcis, urticalis sapor, & singuli sapores in vegetantibus, & plantis, ac herbis ipsis præbent figuras externas in frondibus, uti sunt intrinseci saporis: sic sagyttalis, pyramidalis figura dant saporem auctum urticalem: Rotunda, semiplana, vel demissa figura, ut in malvis, lactucis, &c., saporem insipidum; & sic talitèr de omni figura vegetantium observare licitum sit.

XVIII. In sallum extractione edocemur ex incineratione herbarum, etiam aliqualem servari figuram naturalem: nam salia extracta ex cineribus aliqualem repræsentant figuram vegetantium, à quibus extracta fuere, licèt modulatio sit in destructivo vegetantium, etiam servant in salibus aliqualem figuram, non minùs fungi diversis in planctis enascentibus.

XIX. Varius modus excretionis, sivè diversitas figuratorum Emunctoriarum filtrantium, cribantium fluida ipsa nutrientia in machinis viventibus. In capite diversæ suturæ sagyttalis, coronalis, lambdoidea: pili, capilli, glandulæ lachrymales, nares in mucho, aures in cerumine, lingua in vase sublinguali, & sic cætera emunctoria depurantia fluitantes liquores, ac nutrientes succos; diversis, disparibus, distinctis emunctoriis, & figuris dotantur, causa diversorum liquorum diversis, variisque figuris gaudentium. Quodlibet emunctorium aptum esse debet in figura suo fluido depurando æquali simili.

XX. Etenim salvari non posset multiplicitas tantorum motuum in machina vivente, si negata foret figurarum multiplicitas, & annexio fluidis ipsis nutrientibus machinam. Cor, jecur, ventriculus, sacculus lacteus, pancreas, mesentereum, intestina multiplicium figurarum, vascholidocum, cysticus folliculus, renes, ureteres, vesica, pulmones, œsophangus, larinx, diaphragma, & in capite meninces duræ, & tenues, cerebellum, cerebrum, ventriculi, glandula pinealis, fabrica oculorum miranda, aurium, narium, & mirabile organum oris, lingua, palati conficiendo, & distinguendo innumeros

motus

motus locutionis diversæ tantarum figurarum, quantæ sunt dictiones distinctæ, & diversæ; uti etiam organum universalissimum susceptiuum singulorum præsentium, & possibilium saporum, distinguendo tot, quot sapit, tangit: qui omnes motus tàm distincti, dispares, & multiplices in singulis partibus, organis, & officinis obtinere possibile non esset, nisi fluidis diversimodè figuratis intrinsecè, sinè quibus, nec motus, nec diversitas, neque multiplicitas tantorum naturalium diversorum necessariorum motuum consequi cogitandum esset.

XXI. Nec communicabilitas figuræ in fluidis singulis cujuscunque modulationis, & speciei foret, auferre posset figurarum annexionem ab ipsis fluidis, & per hoc non removetur, ut quilibet subalternus succus, & liquor sua propria figura privetur, licèt alteri communicetur, misceatur, uniatur. Aer, ignis, aqua, prima fluida quamcunque machinam ingredientia, & cuicunque misto unita, vel affixa, licèt modulentur ad exemplar illorum, quibus annectuntur; attamen qualiscunque modulatio, nec aufert, nec furatur, vel destruit figuram in ipsis. Quod dicitur de primis fluidis, de subalternis descendentibus, idem demonstrant anatomen, & observationes experimentales quotidiè. Est igitur dicendum, certumque tenedum, naturalem necessitatem esse in singulis fluidis naturalibus nutrioni dicatis esse figurarum positionem, & intrinsecum nexum statuendum.

ELUCIDATIO III.

Figurarum Diversitas, & Stabilitas in Seminibus Vegetantium Necessaria.

I. TAntis propriis terminatis figuris in fluido universali natritivo, & sequentibus omnibus ostensis, concessa, & data cuilibet succo, & fluitanti liquori sua naturali figura, distinctione machinæ, & singularum specierum, singularumque eterogenearum partium: opera

ræ pretium nunc est, figuras deferre terminatas naturales seminibus singulis, sivè ovulis, uti hæc initia crepitationis, productionis, eruptionis, fœtationis in propria specie, ac generatione.

II. In sinu suo, propriaque dimentione, & circumscriptione servat semen quodcumque suam terminatam figuram, qua includit, & repræsentat rudem herbam, vel planctam, ac rudimenta omnia herbacea, & planctifera; & ex ipso semine vegetanti, sivè ovulo herbaceo, ac planctifero oritur germinatio, productio, crepitatio fermentativa, ac idealis seminalis impressio initium sumunt, & vitalitatis motum similem generant, & producunt, fœcunditate saporifera dotata, & annexa semini cuicunque nascenti ad similitudinem, ideam, & speciem generantis, vel producentis herbæ, planctæque. Qualem figuram dat semen, talem retinent prima enascentia fundamentalia initia; scilicèt acutam, rotundam, ovalem, convexam, pyramidalem, semiovolem, &c. Peccat figura, statim vitiatur germen, vappescit enascenda herba, vel planta, & vappida germinatio. Fortis figura seminis, talem etiam defert enascens vegetans, ut non sit molestum, monstruosum in semine, si sevovulo circa figuram, quod non deferatur in germinatum stolonem. Idea seminalis eadem etiam vestigia figurationis similia, dotat, defert.

III. Brevis exilissima molis sit seminis vegetantis, dimentio; attamèn suam statutam, terminatamque seminalem specificam figuram retinet: Nec sinapis, milii semen sit, quod servet suam naturalem, dimensamque figuram, qua omnes rudes germinandæ partes herbulæ, vel planctæ specificæ, & ideatæ contineatur; non dissimili modo, ac modulatione, uti in ovo oviparorum omnium.

IV. Utilis non prætereunda ingeniosa observatio est in præsenti circa germinationes omnium vegetantium seminum. Semen qualecunque vegetans in sua specifica figura; licèt exilissima dimensa multas possidet partes, omnesque augendas, & perficiendas herbæ, vel planctæ, cujus semen est, & fœcundum ovulum; hinc, quod dum

terreo

terreo sinu foventur, vel annitemporis determinata mensura, & temporis mora excluduntur, sivè germinant elasticitate impellente, & solvente sapores eterogeneos contentos in semine ipso. Undè non producitur novum corpus herbaceum, vel planctiferum vegetans, sed perficitur, & dimentionem majorem, capiorem molem, grandiorem figuram adipiscitur. Sint omnia semina in scrutinio anatomico V.G. semen rapæ, tritici, fabæ, ciceris, singulorumque vegetantium, dum tempore suo in terreo sinu crepitant, & germinant, tunc inspicere ocularitèr est absconditas frondes, exiles stolones, radices paulatim, & gradatim suscipere augumentum, grandescentiam, ampliorem dimentionem figurarum existentium in ipsa faba, cicere, hordeo, tritico, & singulis: quibus in seminibus licèt exilissimæ molis sint radices, frondes, stolones; attamen hæc omnia crescunt, & majora, capiora fiunt, quæ existebāt in semine ipso, non adhùc germinante; & quod mirum ex anatome patet est: quod similes figuræ erant in semine restrictæ, quæ causa nutritionis, & germinationis, ampliores fiunt. Cæpæ, alia, castaneæ, & similia semina, ac fructus sine fotu terreo, suo tempore germinant, & augentur in suos stolones, ac radices intus contentas, easque ampliores figuras producendo, sola annitemporis elasticitate: Quæ verò terreo sinu seruntur, suscipiunt grandescentiam figurarum, & dimentionis, causa nutritionis susceptæ à terreo sinu.

V. Undique manifestum venit semina, sivè vegetantium ova retinere terminatas figuras specificas internas, & externas in dimentione propria; talesque figuræ grandescere, augeri, perfici, & ad ultimam perfectam molem dimensivam specificam deferri: Unde non vera, stricta, rigorosa, nova productio totalis in germinatione vegetantium seminum statuenda, sed auctio, grandescentia, expansio, perfectio auctiva omnium exilium, primarumque modulatarum partium, & figurarum in semine contentarum. Quæ auctio, grandescentia, perfectio sit naturalis, major dimentio partium, mediante fluido, succo,

co, liquore nutritio suo consono figurato simili æquali, adhæsivo.

VI. Salvatur nova productio in fœtatione, sivè productione seminum vegetantium. Herba, planta tempore suo propagat, gestat semina, & fœcunda donat, & hæc est vera productio. *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & universa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui*. De novo produduci est non supponere id, quod de novo datur, & luci donatur. In germinatione seminum vegetantium est, & apparet, quod figura, dimentio, moles augeantur, & crescant circa singulas partes intùs, & priùs contentæ angustioris figuræ in semine. Ovulum seminale vegetativum, semen dictum, ducit ferè similem fœtationem ad extra, sicuti ducunt omnia oviparorum ova fœcunda; tali discrimine, ut discrimine, ut oviparorum ova contineant figuras rudissimas in fluidis ovariis ovo contentas, quæ tempore incubationis, & ortus primi puncti salientis successivè perficiuntur usque ad exclusionem fœtus: In ovulis verò, vegetantibus seminibus dictis, sunt solidæ figuræ, & terminatæ moleculæ gaudentes propriis figuris, successivo tempore grandescentibus: In seminibus exiles modulatæ, in fluidis perficiendæ. *Genesis cap. 1. n. XXIX.*

VII. Omnimodè differt germinatio à vera conceptione, & generatione perfecti sensitivi viventis. In generatione ovipara, vel vivipara fit primaria intimata conceptio de novo in utero, vel ovario, tàm volatilium, reptilium, piscium, aliorumque: quæ ovulatio paulatim, & gradatim successivè crescens in suis contentis fluidis ovariis, suscipit rudes ideas generantis maris, & concipientis fœminæ: Cui ovulationi fœmineæ, necessitat succus, sivè sapor fœcundans maris adhærens ovulo, ovulisvè genitis in ovario fœmineo, alitèr ova subventanea, & infœcunda, vappida, inepta generationi, & non suscipiunt ex incubatione externa motum extricationis in primo puncto saliente generationis. Unde omnia hæc initium sumunt primum in fœmina concipiente, cujus uterus fluida

omnia necessaria concipit, modulat, ovulat successivè, ideando, & tribuendo fluidis ipsis ovariis rudes figuras perficiendorum fœtuum: quæ singulæ figuræ tribuuntur omnibus fluidis in ovo fœmineo contentis, & in ipsis ovulis gradatim crescendo delineantur successivè omnes figuræ fluidorum ipsorum, & ex fluxilibus dicta fluida solidiora fiunt, ut data incubatione debiti temporis distincta, uti species sunt diversæ, scilicèt in pullis gallinaceis tempus viginti unius diei: in pavonibus trigintaquinque, in testudinibus dies septuaginta quinque, ut pluries observatum: sic serpentes, lucertulæ, pisces, & ovipara singula distinctum petunt tempus, uti species sunt diversæ, variæ, multiplices.

VIII. Reptilia, volatilia, aquam degentia, ovipara omnia, ac vivipara perfecta initium habent à primis figuris, & fluitantibus saporibus fœcundatis in cavitatibus uterinis ovariis generationi dicatis. Germinatio verò supponit omnes rudes figuras, & sapores in semine perfecto à planta, vel herba deciso: in sinu cujus vegetantis seminis sunt omnes partes rudes figuratæ continentes arctissimâ, & exili dimentione radices, sivè ventriculos, stolones, frondes, totamque herbam, plantamvè ipsam, cujus semen fœcundum est; hinc in germinatione non fit nova productio partium, sed augmentum, grandescentia, & amplior dimentio, quæ suctione continua nutrientis succi à radicibus agitur in omnes partes perficiendas.

IX. Gerit vices successivi pabuli in oviparis vitellum contentum in ovo, quo successivè alitur, nutritur pullus, & perficiuntur partes singulæ, ac firmæ redduntur; sic canales, ductus, & figuræ ipsæ stabiliuntur, ac fluida omnia necessaria naturalia perfectæ fœtationi usque ad exclusionem ex ovo perficiuntur.

X. At in seminibus, & ovulis vegetantium adest loco vitelli, & pabuli necessarii aliud annexum nutriens ad perficiendas partes gradatim: Tale pabulum tantæ copiæ, & molis est, quanta mole, & pabulo indiget herba, vel planta usquequò perficiantur radices, quarum ope-

re,

re, & suctione à sinu terreo habita, perficiatur ipsa planta, vel herba; sicuti vitellum in ovo usque ad exclusionem pulli, ita pabulum in seminibus vegetantibus usquequo radices perficiantur, sivè ventriculi herbacei, & & plantiferi apti fiant.

XI. Nec reperibile plantiferum, vel herbaceum semen non retinens, habens sinuque continens in sua dimentione annexam figuram propriam naturalem, ad cujus proportionem, dimentionem, & similitudinem non consequatur germinatio: quod magis urget, probat, & confirmat tantam necessitatem figurarum in his esse; ut fracta, vitiata, læsa, depravata naturali figura seminis vegetantis, accidat necessario germinationis, & expansionis remotio; & per hoc ostendatur tantum opus, ac munus germinationis habere, & requirere prò una fundamentali basi structuram figurarum. His læsis gravitèr, semina non germinant, & si forsan aliqualem germinationis motum suscipiant, talem debilem, non naturalem ducunt. Proportio, annexio figuræ in seminibus vegetantibus necessaria semper est.

XII. In seminibus vegetantibus paritèr necessitat multitudo figurarum, uti sunt partes diversæ, multiplices, & distinctæ, quibus struitur, augetur, perficitur. Canales, ductus in stolonibus, corticibus, frondibus, ligneis partibus, medullaribus sunt distinctarum figurarum, non minùs, ac in perfectis sensitivis canales, ductus, & partes singula habent, exigunt tantas diversas figuras, quantæ sunt distinctæ partes diversæ, osiæ, musculares, tendinosæ, venarum, nervorum, aliorumque vasorum: unâ machina æmulatur, & imitatur perfectionem, etiam in rigorosa annexione figurarum, & multiplicitate ipsarum.

XIII. Communi, & omnibus universalis est seminibus singulis vegetantibus, & perfectis sensitivis cum omnibus duratio, & vitalitatis major, longior, minor, brevior duratio. Fundatur hoc in fortitudine machinæ. Pisces molles, reptilia duriora, & aurationis gradatim idem, sic in herbis, & plantis fortitudo, & debilitas; quæ fortitudo,

dum major, longiorem donat durationem herbis, plantis viventibus sensitivis. Fortitudo enim, & læditas habet fundamentum in nexu, & ligamine figurarum majorum, vel minorum strictarum, annexarum. Hinc vitalitatis duratio longior, brevior fundatur in nexu, & modulatione figurarum. Quantum munus motui vitali, & durationi machinarum viventium tribuunt figuræ.

XIV. In fœtationibus omnibus, tàm oviparis, quàm viviparis ex successiva incubatione, & intrinseca uterina gestatione in viviparis ipsis observare cuique virtuoso licitum est: scilicèt primas delineationes singularum partium componentium machinam pullulandam, vel vivificandam, adesse structuram figurarum perficiendarum struentium machinam ipsam viventem. Canales, ductus, officinæ, sedes primariò figurantur, ut exilissima moles futuræ machinæ genitæ, & perficiendæ, non sit animanda, nisi retineat in primis initiis pullulationis, generationisvè figurarum delineationem, licèt initio rudem, ut prima vestigia generationis in singula parte incipiant à figura. Hæc crescit, augetur, & perficitur usque ad debitam necessariam dimentionem ipsis perfectæ viventis machinæ.

XV. Sic figurarum necessitas, distinctio, inæqualitas, dimentio exilis, mediocris, magna, & innumera diversitas ipsarum partium est ex prima fundamentali origine specificante semina ipsa ovipara, vel vegetantia, ex qua figuratione primò prima oritur naturalis necessitas in singulis seminibus, ut in propriis figuris sint annexa initia germinationis, generationesvè, & ex quibus stabilitur species, ordine tamen suo, & talis dimentio figurativa perficit germinationem ducentem productionem nutritivam, & auctivam. Positio, & stabilitas propriæ figuræ naturalis necessaria semper est in successiva nutritione, & augenda dimentione paulatim singularum partium usque ad debitum gradum dimentionis universalis figuratæ in machinis germinantibus, productis, genitis. Figura socia, & propria in ultimanda vivente machina necessitat, ut similitudo specifica, & opera naturalia agantur. Conservatio,

nutri-

nutritio, restauratio, validitas, vivescentia, vitalitas, duratio, fortitudo, æqualitas, valetudo, pulchritudo, activitas, auctio molis, motus, & motionis vitalis Systema, distinctio, consona æqualitas, & necessaria eterogeneitas Systolica, & diastolica in quacunque officina, sede, organo, parte, molecula, sivè spermatica, sivè rubra, corticali, ossea, solida, semisolida, & fluida: nulla excepta qualicunque parte haberi nequeunt primo principalitèr ex figura ipsa ab initio seminali, & gradatim productiva, & generativa, perfectiva, dimensiva, motrice intùs, & extra, duratione vitali; ut remota figura pereat machina, vel ad minùs læsa, vitiosa, molesta, monstruosa est. Hac tanta necessitate gaudet figura, ut annexa sit seminibus vegetantibus, & ovulis singulis oviparis in quacunque vivente machina.

ELUCIDATIO IV.

Requiritur Figurarum Naturalis Necessaria Diversitas in Singulis Partibus Viventis Machinæ.

I. SOlidis organicis machinis vitalem motum habentibus concedenda specifica dimentio, fortitudo, duratio, pulchritudo, similitudo, proportio, motus, & ipsius motus multiplicata distincta delatio, & delationis successiva permanens duratio. Nequeunt hæc fieri, & consequi, nisi ex componentibus, & firmantibus partibus machinam quamlibet. Unica figura, similis figura, æqualis dimentio, homogenea modulatio, simplex individua, figuræ circumscriptio tantas necessarias diversas, distinctas operationes in vivente mole proferre, & ducere possibile non est. Esset unum idem afferere, ac à simplici figura V.G. pyramidali obtinere, & deducere figuras omnes, vel multas, quod insufficiens est.

II. Oritur fortissima probatio præsentis Elucidationis nimis clara, & patens, licèt sit consequens: ex artefactis imitantibus naturales machinas. Qualis enim pictura, statua,

tua, quale ædificium, artefactum; horologium, aliudve arte structum, æmulans naturales machinas conficitur, stabilitur in unica simplici figura, vel homogenea circumscriptione; nec specificatio diversa, neque fortitudo, pulchritudo, proportio fieri possunt, nisi ex multiplicitate diversa, sed consona geometrica figurarum; & hæc non consequitur, nisi ex partibus multiplicibus. Nexus plurium figurarum omnia antedicta parere aptus est, nec nexus in uno, sed intèr plura statuitur.

III. Licèt singulis machinis artefactis, ut fortitudo præbeatur, pulchritudo, & similitudo, concedi debeat terminata geometrica figura, sed tanta figura non simplex, sed multiplex annexa venit ex multiplicibus figuris diversis struentibus partes ipsas machinæ: quæ proportione geometrica, & modulatione artificis construunt machinam artefactam in pictura, statuaria, ædificatoria, horologica, & singulis.

IV. In hoc sistit artis, & artificis singularitas excellentia, & ingeniosa activitas, ut disparitate, diversitate, & multiplicitate eterogenea partium fiat proportio, similitudo, pulchritudo, fortitudo, mediante modulatione naturalis nexus inter partes ipsas diversas. Si ergò in artefactis æmulantibus viventes machinas requiritur diversa multiplicata figurarum positio, ut artefactum, pulchrum, simile, æquale, forte, durans sit; quanta majori indiget necessitate machina singula vivens, ut retineat diversas necessarias naturales figuras.

V. Dant multiplicitatæ figuræ proportione positæ, & nexæ intèr se tantam efficaciam, ut motum artificialem in metallicis corporibus inducant sola proportione figurarum ligatarum. Satis horologii motus, proportio, ligamen, & nexus intèr partes ipsas componentes horologium, ritmicum motum horarum, & alia consequentia probant, ac demonstrant quanta necessaria sit diversitas figurarum in machina ipsa.

VI. In geometrica proportione, & modulatione figurarum, tantæ innumeræ construuntur machinæ imitantes

tes vitalem ipsam molem organicam, ut in structis, imaginibus pictis, sartoriis singulis, statuariis, cæterisque aliis. In vivente caput respondet pectori: pectus abdomini; abdomen pedibus: sic in capite respondent genis naribus, auribus, labiis, ori, collo. In regione pectoris, ut unum viscus respondeat proportione aliis. Solæ figuræ diversæ, & multiplices inter se ipsas annexæ modulatione, & geometrica proportione tantum mirandum organicum, pulchritudinem, similitudinem, & excellentiam ferunt.

VII. Simitudo præcipuè pretio tenetur, & miranda in artefactis machinis obtineri, consequi, & haberi nequit, nisi ex diversitate figurarum naturalium æmulatarum, ut ad ejus exemplar, & imitationem vergat, operetur, agat artifex ipse, cujus ingenium ponit, ars modulat, fabricat, construit artefactum opus, imitans naturalem machinam ad unguem, & omnes diversas sistentes figuras geometricè naturales in vivente, easdem adaptet, imitetur artifex, qua imitatione multarum figurarum excellentia obtinetur diversitate.

VIII. Etsi tantæ requiruntur figuræ in artefactis, ut reddant similitudinem, pulchritudinem, fortitudinem, & reliqua speciosa: quantò fortiùs in machinis viventibus, talis figurarum diversitas, & consona eterogeneitas necessaria venit, ut machina vivens quælibet pulchra, fortis, similis, firma, vivens, specifica reddatur.

IX. Tanta mira varia picta, sculpta, artefacta in omni genere imitantia montes, colles, flumina, herbas, plantas, pisces, volatilia, fructifera, flores, frondes, omniaque naturalia: indigent semper ab initio, & dum inchoantur omnia artefacta multiplicitate, & diversitate figurarum, alitèr nullum ex his confici potest.

X. Firma pulchritudo in singulis viventibus specificans colores, dimentiones, similitudinem, tantum durat, & speciosa est in omni vivente, quam diù diversarum figurarum proportio, & duratio est. Quibus solutis, vel ablatis, deficit illa.

XI. Levis ponderis non est illud, quod necessitat in omni

omni vivente. Estque, ut nullus motus intrinsecus vitalis diastolicus, Systolicus micationis, antagonisticus, fermentativus succorum, nutritivus universalis, & particularis possit esse sine diversitate figurarum in fluidis, in solidis organicis, & solidis fibris motricibus intrinsecum fundamentum habentibus in motu crepitationis, & successivæ nutritionis, nè figuræ præbeant diversæ, nexæ inter se tale intrinsecum expansivum ducentes motum.

XII. Universalitèr cessat, depravatur, molestusque fit omnis motus in vivente quolibet, dùm læsa aliqualis figura fuerit in fluido, vel solido organico; at multiplicato motu, & diverso, sicuti sunt partes gaudent: igitur si multiplices sunt motus, multæ sunt partes, quæ moventur, imò singulæ. Hæ operantur mediante figura: sunt multiplices diversæ partes, ergo similitèr multæ necessariæ annexæ naturales figuræ statuendæ diversæ.

XIII. Insupèr nobilissima humana machina excellens ab immortali anima, uti magistra recta, & omnium machinarum viventium perfectissima, ut ipsa sola ista singulis aliis imitatione digna multis ex causis. Ipsa imitabilis in sua structura gaudet tantis singulis sine numero figuris, quarum diversitate excellens, pulchra, nobilis, miranda extat. Quippè igitur dicendum alias viventes machinas idipsum imitari.

Idealogia Iconim. f. VII fol. 81., & sequens.

XIV. Data geometrica proportione intèr partes, debet esse primò diversitas talium partium. Similitudo supponit, & requirit æqualitatem: proportio diversitatem, uti habemus faciem proportionatam fronti: oculos proportionatos superciliis, genis, nares habemus proportionatas genus, & labiis, cæterisque partibus effigiem, sivè caput formantibus. Facies, frons, oculi, nares, labia dicunt diversitatem, non solùm figurationis, sed operis, & motus in structura figurarum. Si ergò in omni machina, tàm artificiali, quàm naturali viventi est necessaria proportio omnium partium, debet quoque inter ipsas diversitatem consonam esse.

XV. Insurgit monstruositas in omni, & singula machina

china ex præcipua negata totaliter, vel partialiter proportione figurarum diversarum naturalium. Hinc in leone pedes equini, in equo caput caninum, in homine labia leporina, pedes volatilium, brachia cervina, vel alia improportio intèr partes machinæ, & in specie illa monstruositatē ponunt, & non alia causa, nisi improportione habita intèr partes diversas specificantes talem machinā viventem.

XVI. Sic necessaria naturalis diversitas in singulis partibus viventis machinæ, ut ipsam organicam construant. Sint in aperto scrutinio partes componentes præcipuè humanam machinam; V. G. lingua, larinx, œsophagus, guttur, palatum, ventriculus, intestina, jecùr, lien, renes, sacculus lacteus, deferentia lactea vasa, pancreas, vesica, cor, pulmo, diaphragma, pleura, cestis fellea, lymphatica vasa, ossa, tendines, ligamenta, membranæ, glandulæ, arteriæ, venæ, nervi, fibræ, musculorum varia series, & figura, ut non sit pars aliqua machinam ingrediens, quin diversa figura terminata non sit. In quarum proportione motus, vita, duratio.

XVII. Nutrientibus succis, licèt fluiditate affectis, ut sat ostensum est, diversa figuratio inest, qua proportione naturali, & simili figura solidas partes nutriunt liquores ipsi naturales. Suctio debet habere æqualitatem, ut fiat à parte solida fugente, & nutrienda. Solidæ partes singulæ diversis figuris sunt circumscriptæ, etiam diversis indigent fluidis figuratis nutrientibus. Simile nutrit simile in figura, diversa ab aliis.

XVIII. Ut antagonisticus muscularis motus obtineatur in vivente machina, necessitat necessitate naturali figurarum diversitas in ipsis musculis: scilicèt figura longa, obliqua, ducens, transversa, media, his, & aliis figuris musculus quilibet construitur, ut antagonisticus motus muscularis fiat. Unde si diversitas taliu:n figurarum laedatur, vel depravetur, statim non naturalis ducitur motus. Est igitur omnibus, singulisque partibus machinam viventem struentibus diversitas figurarum necessaria, & naturalis danda, tàm fluidis, quàm solidis.

ELUCIDATIO V.

Multitudo Varia Figurarum Naturalium in Vivente Organica Machina Necessitat.

I. TAnta excellentia nequaquàm esse posset in vivente mole, nec vivens esset, si una figura conficeretur. Esset corpus instructum, moles nullius pretii, nec vitæ; non esset organica, neque vitalia munera exercere posset. Vitale excellens opus, & munus consistit in motu & motus conficitur ab, & in organico. Organicum struitur à multiplicitate, & varietate figurarum intrinsecè circumscribentium, & modulantium partes singulas ipsius viventis, & ipsam molem organicam. Incapax vitalitatis est unica figura, nec artefactum imitabile est. Unus sapor intrinsecè non extricatur, nisi violenta externa vi, rumpens figuram ipsam. Unum simplex fluidum nulla gaudet organica armonia, unus color non præbet Cæsaris, Alexandri, Scipionis pictam imaginem. Unica Abecedaria littera non ducit dictionem.

II. Rem apertam habes. Omnis vivens machina ducit suam intrinsecam armoniam, scilicet similitudinem, proportionem, fortitudinem, nexum multarum partium, easque modulando naturalitèr, & summi pretii opus est & munus vitalitatis habitus motus in partibus, & machina ipsa, quæ possidendo eterogeneas multiplicatas varias partes figuratas, quarum proportione dat, modulat, fert, ducit motum intrinsecum in fluida, & solida ipsa, tam sistolicum, diastolicum, antagonisticum, aliosque omnes varios motus necessarios vitalitati, & durationi ipsius machinæ.

III. Intrinseca sunt multiplicia fluida motum habentia, & gyrema per suos proprios ductus, & canales, diversa ad vitæ conservationem, durationem, & nutritionem ipsam. Sunt salivale, lymphaticum, pancreaticum, bilio-

biliosum, esurinum compositum, nerveum, venosum, arteriosum, & latex universale non negligendum. Extat multitudo vasorum ducentium liquores ipsos, quibus ductibus & canalibus variis annectuntur multæ propriæ variæ, naturales figuræ. Quilibet succus suo ducitur canali naturali deferenti, ut anatome docet, ac demonstrat varia multiplicata vasa variis figuris dotata suos ducere liquores. Nervea vasa, nerveum succum, arterialia arteriosum, salivalia salivalem, pancreatica pancreaticum, &c.

IV. Ex multiplicitate anatomica vasorum, ac officinarum præparantium, filtrantium, deferentium ad propria emunctoria, & partes consonas desumitur varia multiplicata figurarum necessitas. Denegata cuique officinæ, sedi, emunctorio proportionata sua naturali, & ab aliis varia figura, statim talis sedes, ductus, officina, organum, non exercet munera propria, & si aliqualitèr ferat, molestè ducit. Tumores, obstructiones, laxitudines, durities, convulsiones, & alii innumeri morbi fiunt à molestis depravatis propriis naturalibus figuris.

V. Non forsan sapores omnes in vitali machina naturales necessarii, alibiles, fermentantes, habent terminatas sedes, officinas, & viscera? Eorum multiplicitas varia petit similes ductus, & canales. Structura cordis suos arteriosos; sedes hepatis suas venas: Cysticus folliculus canales cholidocos: Symphatici trunci suos varios trunculos. Sedibus, & officinis multiplicibus, & variis correspondent similes consoni canales, & ductus in figura multiplici varia.

VI. Tanta suprema armonia, & speciositate mirabili gaudet artificiale horologium, ut ducat motum artificialem ritmicum, & maxima proportione dotatum ex metallica mole, qua structum venit. Hoc non alia causa, nisi ex varia multiplicitate figurarum proportione structarum, & geometrico ligamine ex Automataria arte, ut ex illarum modulatione, & multiplici nexu, ac ligamine fiat motus artificialis in metallo. Multitudo varia

figurarum in metallo ſtructarum, & ligatarum tantum mirabilem motum conficit.

VII. In machina nobiliſſima vitam intrinſecè habente obſervamus idem, at intrinſecum perenne horologium ſignans ritmicum ſyſtolicum, & diaſtolicum motum vitalem, & tempora varia diſtincta multiplicia, ſcilicèt infantilis ætatis, puerilitatis, pubertatis, juventutis, virilitatis, ſenectutis primæ, & ſecundæ, ex modo, & modulatione figurarum variarum multiplicium in machina ipſa vitam ducentium unâ inſimul cum fluidis, & ſaporibus annexis. Quod non ſilentio prætereundum eſt, & venit; ut fortitudo, validitas, majoritas, minoritas, imbecillitas, laxitas figurarum in partibus machinam ſtruentibus, faciant varium, diverſum motum vitalem in decurrentibus ætatibus uſque ad ultimam ſenectutem. Quale opus, licèt non totale, ſed majori ex parte multiplicitati, & varietati figurarum tribuendum.

VIII. Benevalet machina vitalis, dùm fortitudine gaudet. Fortitudo ex partium robore: partium robur, & muſculoſa corporis firmitas ex fortibus, validiſque nexibus, & ligaminibus ſtringentibus multiplices varias figuras organicarum partium; unde origo fortitudinis in brachio, pede, & reliquis partibus fortis machinæ eſt ex multiplicatis variis figuris nexis, & conſonè ligatis.

IX. Validè fortes robuſtæ plantæ ſunt illæ, quæ multis intricatis nexibus, ligatiſque figuris gaudent, uti quercus, ornus, ſorbus, ſimileſque, quæ multiplicatis figuris, & variis gaudent. Populus, canna, vitis, & ſimplices multæ fragiles ſemiplantæ ſunt, quia longis figuris, & paucis ſtruuntur, unde fragiles. Origo fortitudinis in plantis, aliiſque vegetantibus ex multis ligatis variis figuris eſt præcipuè.

X. Sat conſtat multiplicia ligamina magis durare, & quanto plura numeroſiora ligamina erunt, tanto majora eſſe fortiora, & duriora, ac firmiora. Pluralitas nexuum ſupponit multiplicitatem partium: Multiplicitas par-

partium organicarum dat varietatem. Est ergo validitas in ligaminibus, & ligamina in multiplicitate; multiplicitas in varietate, varietas in dimensione multiplicatarum figurarum. Hinc semper standum est, quod in multiplicitate varia ligaminum In, & Ex multis variis figuris sit in vivente machina fortitudo, & duratio.

XI. Semper considerandum venit fundamentum ex multiplicatione, & diversitate motûs in qualibet vitali mole, uti fermentativus, extricans, nutriens, expansivus, restrictivus, ut singuli omnes continui successivi motus fiant, ducantur, perdurent, conserventur ligamine multiplici vario figurarum. Omnes enim tales motus diversa organa, multiplices officinas, varios succos requirunt, & exigunt diversos usus. Perficiunt operationes in multiplicatis figuris, & variis modulando molem ipsam, & multos distinctos varios succos figuris diversis eterogeneos; talesque sedes necessarias petendo, exigendo, sine quarum figurarum multitudine, & varietate in ipsa organica mole nequeunt exequi motus tales multiplices varii diversi. *Idealog. Iconis. XXI. fol. 417. nu. 14. & seqq.*

XII. Et tales motus multiplices, ut fiant, & conserventur in machina organica, necessitant fluida multiplicia, quæ saporibus propriis gaudeant; nàm ortus, sedes organicæ in machina singula, similes requirit nutrientes liquores, ut in figuris fiat adhæsio, & in saporibus suctio. Quibus singulatim figuris offensis, etiam tales morbi contingunt organicis partibus in figura læsis. *Idealog. Iconis. XXI. fol. 423. & seqq.*

XIII. Maximam filtrationem, ac depurationem cribativam requirit quilibet succus naturalis; ideòque suo determinato figurato emunctorio indiget, ut sint tanta in machina organica, & vitali, ut anatome docet, & ipsa designata figurâ gaudeant. In cute capillitium, pilorum scaturigo, furfuraceæ excretiones: In capite vasa oculorum lachrymæ, aurium cerumen, narium mucositas, oris salivatio: In abdomine renum serum urinarium, alvi fœces, intus vasa lymphatica, pancreatica, biliosa, & alia innumera, quæ gaudent filtratione figurata modulante depu-

depurationem fluidorum in proprio emunctorio, & multiplici.

XIV. Partium singularum figura extat, quia non daretur in quolibet organo proprium naturale munus operandi, & operatio distincta ipsa. Os masticando, ventriculus chylificando, cystis fellea separando, jecur ideando cruorem, cor illuminando vitales succos, & singulæ officinæ præparantes, & perficientes varia opera tenent necessariam variam figurarum multitudinem, & seriem.

Idealog. Icomif. XIV. fol. 241. per totum.

XV. Esset in omni vivente unum alibile necessarium, ac sufficeret una varia figura, neque multiplicata esset; at deberet homogenea esse tota machina; undè non organica, non composita, non vivens. Organicum, & vivens exigit varietatem, multiplicitatem partium, figurarum, fluidorumque, saporum numerum.

XVI. Requirit salubris nutritio adhæsionem fluidi partibus solidis, at similitudinem, & adhæsionem distinctam, concentratione figuræ intùs susceptæ in cavitate figuræ similis. Sunt variæ multiplices nutriendæ partes. Ergo similium variarum multiplicium figurarum concentricarum indigentia est in ipsa nutritione naturali.

XVII. Est necessaria similitudo, & æqualitas adhæsiva fluidorum solidis partibus, quæ dimensione fit, & diversa dimensione, ac varia, uti sunt partes. Dimensio varia, & multiplex in quanto figurato consistit.

XVIII. Tantis variis auxiliis indiget machina ipsa dum læditur in sua salubritate, & illa prosunt, & ea tribuuntur, quæ figuras, & sapores naturales deturpatos ad propriam figuram naturalem ferunt, ac salubritatem tunc obtinent. Varia auxilia, & multa necessitant corrigentia, quia variæ, & multæ figuræ depravantur. Est ergo in machinis viventibus necessaria varia, & multiplicata figuratio.

ELU-

ELUCIDATIO VI.

Homogenea, & Eterogenea Figurarum Necessitas in Generatione Viventis.

I. SEminibus vegetantibus concessa figurarum homogeneitate, & eterogeneitate in propria specie, & individuis suis fluidis, ac semisolidis contentis in deciso proprio specifico semine à planta, vel herba. Oviparis in pullulatione, ac viviparis in fœtatione, ut nobilioris, & perfectioris, ut mirabilis structuræ genitum vivens, à fortiori ordine naturali tribuenda est figurarum homogeneitas in specie, & eterogeneitas inter contenta fluida generationi dicata, & figuratione gaudentia.

II. Ex seminali fundamento, ac idea intrinseca concessa genitis, habemus speciem, fundamentum speciei delatum à Parentibus in similitudine, dimensione consona, in motu singulo, & qualibet operatione intrinseca, & extrinseca circumscriptione, ut motui extricationis in puncto saliente prima rudimenta tribuantur ex rudibus absconditis intimis figuris, ut successiva modulatione gradatim incubatione struantur pullulationes in oviparis, & intrinsecæ gestationes, & fœtationes in viviparis. Omnia delineanda, & figuranda veniunt, & perfectiora fiunt ex rudibus contentis figuratis fluidis idoneis fœcundis. Deducuntur ex proxima ovaria mole ovipara, vel vivipara perfecti ductus, canales, naturales officinæ, sedes, & singulæ partes necessariæ ad stabiliendam viventem molem: habito motu, & tempore debito in illis dicta incubatio, in his viviparis gestatio.

III. Maximum semper considerandum venit in omni ovipara, & vivipara generatione, scilicèt quod in successiva incubatione, vel gestatione uterina in ovo fœcundo ex seminali sapore maris, fiat in puncto saliente, quædam confusa, & rudis capillaris figuratio omnium delineandorum organorum, ductuum, canalium, & officinarum,

rum, partiumque ſtruentium machinam ipſam vitalem faciendam, & perficiendam ſucceſſivè. Ipſæ partes, canales, & ductus omnes in principio puncti ſalientis habent diverſas varias figuras, uti perficiendi organici exigit ſpecies, ſtructura, & modulatio. Quod ſilentio prætereundum non eſt, ut ſuo loco, & poſitione ſingulæ partes, ſingulique ductus occupent figuram homogeneam ipſis ſimilem, & eterogeneam ſociis annexis canalibus, & organis. Pedes, alæ, coſtæ, pectus, caput, abdomen, & omnes aliæ partes in ovo pullifero contentæ ex rudibus in perfectionem ducuntur, ac traduntur dimenſivam, ac figuratam. Quanto miro ordine, & modulatione tantæ homogeneæ, & eterogeneæ figuræ ſic perficiantur cuique virtuoſo curioſo viro ocularitèr patet. In ovi albumine figuræ rudes abſconditæ paulatim, & ſucceſſivè deferuntur in pulliferam viventem molem, ſuſcepto gradatim alimento ex annexo vitello contento in ovo, & albumini alligato, & ejus dimenſio perficitur uſque ad excluſionem poli ipſius. Omnes tamen figuræ ſpecificæ, & individuæ parentibus ſimiles in ſeminali fluido, & ſapore fœcundo ſervatæ homogeneæ, ut oculus oculo, pes pedi, ala alæ, & eterogeneæ, ut caput pectori diſſimile, pedes alis, abdomen pectori, & ſingulæ ſint in ovo rudes contentæ, & tempore perficiantur.

IV. Inſuper motus extricationis in generatione ovipara, pullifera, & fœtatione uterina vivipara nunquàm fieri poſſet, nec puncti ſalientis initia in prima crepitatione ortum haberent, niſi eterogeneitas figurarum diſſimilium eſſet in fluido policreſto ovali, quia lumen archeale ſuſcitatur, ſivè initium habet in fœcundato ovo, tàm oviparo, quàm viviparo ex ſaporibus oppoſitis eterogeneis habitis in & ex eterogeneis figuris. Incubationis fotus, & fœtationis fœcundatio exercet liquationem, ſivè ſolutionem ſalium diſſimilium eterogeneorum, ex quorum ſolutione fit unica miſtio, & oritur crepatio inter ipſas figuras, & ſapores eterogeneas, & primum veſtigium puncti ſalientis. Quæ ſi remota eſſet figurarum eterogeneitas in

fluido

fluido ovario, certo certiùs, nec habetur initium, nec medium, nec finalis perfectio genitarum partium.

V. Nanciscitur notas, & ideas fermentativas, & crepitationes generativas in oviparo, & viviparo ovulo ex fœcundationis opere, sine quo non fit pullulatio, non sequitur generatio vivipara: ex solo sapore masculeo fœcundantur fœminea ova intra ovarium: qui fœcundans sapor masculeus suum fœcundantem motum tribuit, facitque tale seminale masculeum fluidum aptum ad inducendam crepitationis motionem in fluidis ovariis figuratis rudibus: quibus figuris annectitur sapor subsequens prolificans, & ideans motu fœcundativo omnia fluida ovaria: In ovulo oviparo semen galli adhærens apici, & superiori parti ovi fœcundati; indè fit, ut ex incubatione oriatur primum punctum saliens in fluido fœcundo masculeo, degens paulatim, & se extendens in multiplices figuras capillares rubras eterogeneas, ex quibus construi, & perfici debent partes pulliferæ eterogeneæ. Semen masculum fœcundans in se ipso continet eterogeneas figuras à tota machina galli decisas mediante ipso fluido seminali, quæ figuræ ex lumine archeali suscitantur, & crepitant causa eterogenei saporis. Mustum ex pressis uvis ebullit, fermentat, crepitat, motumque intrinsecum recipit, quod non haberetur, nisi uvæ essent pressæ, sivè concussæ figuræ, misti sapores eterogenei, & simul in eterogenea massa, figurarum racemorum, corticum, & medullæ acinorum, quæ omnia diversis eterogeneis figuris, ac saporibus afficiuntur; undè medullaris uvarum moles servat suum locum, & figuram, undè quietem, & non motum fermentativum patitur; sic cortices, racemi, quia suas figuras, suosque sapores retinent distinctos in, & cum propria modulatione terminatæ figuræ, non sunt in causa mistionis eterogeneæ, & fermentativæ, quia non fractæ, non unitæ, non mista salia diversa. Sapores, & figuræ fluidi fœcundantis, & liquorum fœcundatorum, non dissimilem incurrunt motum ex mistione eterogenea.

VI. In generatione ergò, pullulatione, & omni in-

trinseca productione, in quibus motus intrinsecus necessitat, & à quo prima initia, primumque ortum habent generationes omnes, necessitat figurarum eterogeneitas, quæ mater, & sinuositas est saporum dissimilium. Eterogeneitas figurarum intelligitur in propria specie, & homogeneitas sumitur, & est solummodò in duplicatione articulorum, ut duo oculi, duæ aures, duæ nares, duo pedes, duæ alæ, duo brachia, similes costæ, & sic cæteræ omnes, duplicatæ organicæ partes in machina ipsa.

VII. Brevis, at non omittenda consideratio est. In illa machina, quæ multis figuris, ac majori eterogeneitate afficitur, consideratur speciositas, pulchritudo. Horologium in artefactis, pictura gravis: Homo intèr nobilissimas viventes machinas tantam eterogeneitatem continet; ideoque mira, speciosa, pulchra, nobilissima vivens machina. Non sic plantæ, & reliqua producta, pisces.

VIII. Undiquè observandum est in activitate prolifica fœcundante masculea seminali: sit quidpiam lucidum, fervens, archeale luminosum, acutissimum, ex quo machinæ, si sint magis dotatæ, magis quoque ipsæ organicæ moles copiosiores eterogeneitate figurarum. Vivacitas, luminositas, archealitas nimia est spirituosa fœcundatio ducens speciositatem, pulchritudinem ortam ex multiplici eterogeneo luminoso in vivente genito; & causa maritalis copulæ salacitatem, volatilitatem, & pulchritudinem ducendo. Volatilium pulchritudo in cantu, velocitate motûs, in varietate pennarum colorum eterogeneorum, tanta speciosa varietas miranda, ut sint colorum fundamentum: salacitatis celeritas, ut momentanea sit eorum maritalis copula: non sic cocleæ, testudinés, torpidæ, vappidæ.

IX. Sic minùs pulchræ, & parvi momenti morosæ machinæ fiunt ex simplici figurarum eterogeneitate. Hortenses dictæ cocleæ, maritimæ, sylvestres, aquaticæ testudines, reptilia singula, & fluvialia, quæ speciositate diminuta dotantur ex minoritate, & avaritia eterogeneitatis in figuris, pulchritudine non gaudent, fortitudine carent

specio-

speciositate orbantur. Ova fluida, ovaria, semen fœcundans paucis figuris diminuta eterogeneitate, vappidis salibus, paucis spiritibus afficiuntur, sic horum maritalis copula longissima, uti in hortensibus cocleis fiat maritalis copula inter mares, & fœminas pluribus diebus, uti observare venit in parietibus, quibus multotiès adhærent, sicuti & aliis terreis locis, cuique observandum venit. In testudinibus eadem morula ad minus agitur spatio duarum horarum, undè tarditas, colorum defectus ex carentia copiosæ eterogeneæ figuræ, & per consequens salium avaritia, & archealis luminis paucitas in semine masculeo, & fluidis fœmineis ovariis. Copiosa partium struentium eterogeneitas, ruditèr est affixa in semine fœcundante, & ovariis fluidis fœcundatis. Quæ copiositas fundatur in propria idea sistente, & decisa à Parentibus, & à generantibus ipsis mediante fluido universali luminoso, archeali nutritivo ducitur in officinam uterinam generationis fœmineæ, & ad sedem fœcunditatis in maribus. In talibus ideis seminalibus sunt omnes rudes figuræ delatæ, quibus agitur generationis opus. Sunt multæ eterogeneitates, ideoque multæ salium figuræ, undè activitas, pulchritudo, fortitudo, &c.

X. Vegetantium productio, & viviparorum perfecta generatio initium habent ab homogeneis, & eterogeneis fluidis tali figuratione impressis; fluida sunt tanta, quantæ sunt partes dispares, & eterogeneæ in genito pullo, in germinante herba, vel planta, in viviparo fœtu. Nec augetur, nec dimensionem naturalem suscipit, neque perficitur in genito pars aliqua, nisi à suo æquali nutriente fluido: æquale fluidum nutriens in figura, & sapore: æquale in copia; æquale in motu. Sunt in pullo, sunt in viviparo, sunt in vegetante homogeneæ partes, & sunt etiam in ipsis similes succi alibiles. Sunt eterogeneæ moleculæ requirunt in consonas liquores figura, & sapore. In machina qualibet vivente hæc omnia sunt, & necessitant, tàm homogenea, quàm eterogenea: ac causa talis figuræ firmandæ, tantæ modulationes figurarum ponendæ, ut

eorum series, & numerus fuere.

XI. Est æqualitas præcisa necessaria in nutritione universali habenda, quæ æqualitas necessitate naturali est ponenda intèr alibile, & alitum, nutriens, & nutritum. Ossa, cartilagines, musculi, glandulæ, &c. tantam eterogeitatem exigunt. In volatilibus diversi colores pennarum, & internarum partium. In piscibus circa spinosa corpora, fragiles musculos, squamas, oculos, viscera interna diversa. Vegetantia eterogenea in corticibus, lignea mole, medulla, & reliquis partibus.

Idealog. Iconism. IV. fol. 37. num. 16. Iconis. VII. fol. 57. n. 27. XII. Germinationem herbarum fovet pabulum habitum ex in terreo sinu, ex fimis distinctione eterogenea fimorum habita ex eterogeneitate herbarum, vel plantarum. Celeritèr augetur hæc planta, talis herba, molemque adipiscitur majorem ex electione, & distinctione fimorum, ut talis species fimorum hanc, non aliam herbam magis perficiat; & hoc ex salium copia multiplicata eterogeneitas fit, ut fima communia platearum diversitatem, & multiplicitatem salium habentia sint communia pabula in restauratione multarum specierum vegetantium. Est eterogeneitas, & homogeneitas figurarum etiam necessaria in electione fimorum pro restauratione, auctione, & speciositate herbarum, & plantarum.

XIII. Erit fundamentum hujus Elucidationis nexus, dimensio, similitudo, motus ab intus, & extra. Nexus non fit nisi concentrica adhæsione, ut figura sit similis, scilicèt circulus intra circulum, ut fiat auctiva dimensio, & adhæsio, ovalis figura intra ovalem, &c.

XIV. Tanta augetur moles in dimensione, quanta erit appositio sua similis ossea in ossibus, glandulosa in glandulis, musculosa in musculis, sicque in aliis cæteris.

XV. At similitudo exacta exposcit eterogeneitatem multarum partium; at semper ipsæ homogeneæ in figuris similitudinis. Nares naribus, oculus oculis, labia labiis, brachium brachio. Reliqua id idem exigunt.

XVI. Nullus motus ab intus, vel extra oritur in viventibus, nisi ex structura eterogenea figurarum, sed proportio-

portione naturali geometrica modulata. Systolicus, diastolicus, filtrativus depurans, & reliqui sic extricantur, tales fiunt. A primo ad ultimum: eterogeneitas, & homogeneitas figurarum necessitat in generatione vivētium.

ELUCIDATIO VII.

Fortitudo in Machina Vivente Organica ex Ligatis Figuris.

I. TAntis in locis præsens Elucidatio per transennam relata: in præsenti verò funditus agendum venit, scilicèt non dari fortitudinem in organico vivente sine figurarum ligamine naturali, & nexu incommunicabili, sivè inter partes soliditatem habentes.

II. In organica solida machina non pauca anatomicè consideranda veniunt, scilicèt quantum extensum, figurarum tali modulatione circumscriptarum: partes struentes tale, tantumque dimensum organicum corpus: ipsius corporis duratio, motus, & ipsius specificati motus multiplicitas, diversitas.

III. Unum qualecunque corpus dicitur quantum extensum, & quia dicit partem extra partem, & aliqua, vel multis figuris circumscriptum, quia corpus in figura, & figura in quanto dimenso: Undè partes extra partes; quæ extensio dimensiva fundatur in essentiali figuratione trinæ dimensionis quantæ: modulatio verò partium facit, & circumscribit trinam dimensionem corporis in tali figura præcisa annexa trinæ dimensioni.

IV. Magis, & propriè agunt, faciuntque partes struentes corpus organicum, & individuatum tale organicum, V.G. in artefactis componentes horologium, statuam, cathedram, picturam, aliudque arte factum; sola figurarum modulatione ab artifice modulante metallum, lignum, colores, & omnia alia arte struenda, & specificanda. In viventibus organicis ducere leonem, bovem, cervum, turdum, columbam, serpentem, lacertulam, piscem, & cæteras

ras alias ſpecies viventium: Undè partes componentes organicum vivens debent circumſcribi fundamentalitèr in figuris, quantum modulatio diverſa diſtinguit organica in ſpecie, individuatione ſimilitudinis, & varia generica, uti loquuntur Scholaſtici.

V. Propria duratio fundatur in ipſa dimenſione eorum vitam habentium; quæ dimenſio gracilis, fortis, mediocris fit à ligaminibus, & nexibus talis corporis organici dimenſa tali modulatione: Qui nexus, quæ ligamina nullimodè conſiderari, vel haberi poſſunt, niſi inter partes conſonas naturalitèr ligatas, & homogeneas ſtruentes. Hæc obtineri nequeunt, niſi in figuris, & ex figuris concentricis, ſimilibus, aptis uniri, ligari, & copula naturalis ligaminis ſociari. Duratio habetur major, mediocris, minor ex parvitate, mediocritate, & copia figurarum annexarum, & ligatarum. Longiori tempore durat planta, & fortior eſt, ſi pluribus figuris ſtricta, & ligata ſit, non paucis. Durationem longiorem dant plura ligamina, non pauca. Pluralitas ligaminum fundatur in multitudine figurarum contentarum in corpore dimenſo.

VI. Reperitur, oritur, durat continuus motus intrinſecus ex ebullitione, fermentatione, luciditate archeali intrinſeca: quæ ebullitio, crepitatio, fermentatio, luciditas archealis eſt ex fluidis annexis ſolido proprio univoco, ſimili in figura, alitèr diſſimilitudo, & inæqualitas corruerent vitalem motum: ſi caſu, morbo corruat, aut depravetur motus in fluidis, & ſolido organico, eſſet ex figurarum internarum vitio, quibus læſis in fluido, vel ſolido, ſtatim naturalis motus moleſtus, morboſus, & duratio vitalis in organica vivente machina fundata in figurarum æqualitate auferretur.

VII. Omnis intrinſecus motus, & extra factus, ex præcipuis, & in diverſis figuris conſonis, ligatis, & annexis eſt, ſine quarum ligamine, & diverſitate in ſolido organico nullus fit, nullus conſequitur, nullus diſtinguitur motus.

VIII. Propterea multiplicitas diverſa in motu conſequi

qui possibile non est, negata modulatione ligatarum figurarum, in quibus, & ex quibus in solida singula machina struitur fortitudo. Redditur intrinsecus, durans diversus motus, multiplicatus in machina vivente ex ligatis figuris, quarum ligamine soluto, perit machina, deficit vita.

IX. Redditur organica vitalis moles quanta extensa, talis ex modulatione tali figurarum: Partes integrantes essent extra partes, nec circumscriptam darent naturalem dimensionem ipsi organicæ moli, si dictæ partes figuratæ ligatæ non essent, malum specificum organicum struerent. Omnia hæc, nec sunt, nec esse valent, nisi posita fuerint in quanto existente organico, ex quo, & in quo duratio, activitas, & fortitudo consequens organicam structuram solidi. Hinc ligamina figurarum secum ducunt fortitudinem molis viventis, durationem, motum. Fortitudo, duratio, motus, operationum successivitas in fortitudine.

X. Instat maximum argumentum, scilicèt fortitudinem in organico vivente requirere figurarum incommunicabilitatem. Cui discussioni distinctionem præbendam esse dices.

XI. Alia est fortitudo Antagonistici solidi corporis, & fibræ motricis solidæ, & singulæ solidæ molis in vivente, tàm quæ sit musculosa, fibrosa, vel glandulosa, membranacea, tendinosa, ossea, &c. soliditatem habentes in corpore organico. Alia est fortitudo fluida, nutriens, impetum faciens, archealis, lucida, movens, restaurans, vivificans solidas partes (dictæ penès Auctores sunt contentæ) quæ licèt fluxiles, & contentæ à solidis organicis, attamen suam nanciscuntur fortitudinem. His distinctis:

XII. Figura præbens fortitudinem organico corpori, non est sola sistens in solidis partibus, nec de his dicendum Uni, soli, & semper competere; nam ipsa fortitudo multiplicata residet in fluidis omnibus, & vitam restaurantibus. Figura hac communicabili habetur motus impulsivus, illuminativus, archealis lucidissimus, quia communicabilis caret ligamine forti in propria fluiditate, & quia unica, vel simplici gaudet figura, nec nexu stringitur,

tur, sivè firmatur; ideoque est figura impetum faciens, nam subintrat, vivificat, diastolizat figuratas cavitates solidi organici indigentis restauratione, nutritioneque continua. Hac causa fortitudinem nutritionis, illuminationis, validitatis tenet figura fluidi communicabilis; uti sunt omnes succi nutrientes fortitudinem præbentes solido, & intrinsecam fortitudinem præbent fluida nutrientia adhæsione propriæ, roscidæ, alibilis structuræ. Sevum, oleum, cera, & quodcunque sulphureum oleosum est fortitudine affectum, quatenùs præbet nutrimentum, durationem luminibus, quæ tamdiù durant, quamdiù ipsa pabula suggeruntur, conservando, nutriendo luminosa ipsa, sic fluida fortitudine gaudent causa figuræ communicabilis in solida corpora. In artificialibus aqua, aër, ignis, licèt fluida prima, & communicabilis figuræ, motum, impetumque dant machinis artefactis solidis, uti musicis instrumentis, clepsydræ machinæ, molendinis, aliisque artefactis.

XIII. In fluidis igitur consideranda fortitudo impulsiva, nutritiva, alibilis, restaurans, vivificans propria communicabili figura, quæ licèt in se non dicat ligamen, at in solido nutrito paulatim, gradatimque adhærendo incipit solidari, & in solidum organicum corpus sibi simile figurari; & hac causa successivè, & paulatim incommunicabilis fit, dum à fluxilitate gradatim adhærendo transit in successivam soliditatem, duramque molem. Dicitur fluxilis communicabilis, nutritiva fortitudo in machina vivente, quoniam ligamen successivum acquirit, dum corpori solido unitur, ligatur, adhæret per concentricam figuram, & in fibram solidam motricem transit.

XIV. Geminationem, ac duplicitatem figuræ habet fluidum quodlibet, & multiplicitatem, sed non causa ligamentis in ipso fluido; at causa copiæ, & majoritatis. Sic stilla aquæ retinet suam propriam figuram, & omne aliud fluidum. Dum stilla augetur in copiam majorem, fluit in flumen, ac potest in immensam augeri; ac auctione, & majoritate omne fluidum suo quanto, suisque innume-

numeris figuris in stillis, causa ponderis, majoris dimensionis, & multiplicitate similium figurarum cumulo unâ insimul sistentium, ducunt, pariunt velociorem impetum, pressionem, motum fortitudinis. Qui fortitudinis motus in fluidis singulis non oritur ex ligaminibus, & nexibus inter figuras communicabiles ipsius cujuslibet fluidi, sed impetus fortior, motus velocior, fortitudo in ipsis coacervatis fluidis sunt ex copia, majori dimensione, pondere, & multiplicitate communicabilium figurarum. Tenui motu, gracili impetu fertur stilla minoritas cujuslibet fluidi, quia exilis ponderis, unius figuræ, minutissimæ dimensionis stilla quælibet extat.

XV. Undè unum simplex fluidum, licèt majori, minorivè copia sit, semper decurrens est propria figura rotunda. Hinc oritur diversitas celeritatis in motu circa suum impetum; nàm fluidum, dum simplex est, & homogeneum, causa suæ figuræ fluxile est, celeriter corruit; si verò aliis misceatur, & eterogeneum fiat fluidum ipsum morosè prolabitur, nam multitudo figurarum dissimilium in majoritate & minoritate circumscriptæ dimensæ figuræ faciunt motum, impetumque in fluidis celerem, celeriorem, tardum, tardissimum. Aqua mista aquæ, quia ejusdem figuræ celeritèr cadit. Aqua copulata oleo, quia alternatæ figuræ minùs currit; sic cætera singula fluida dum miscentur, quia non simili prorsus figura, & æquali gaudent, ideò distinctum, diversumque motum concipiunt, nec magnitudo, copia, pondus, dimensio, figurarum multiplicitas in mistis diversis fluidis celeritatem, impetumque faciunt, sed potiùs aliqualem morositatem ob aliqualem inæqualitatem figurarum: solo pondere possunt celeritèr deferri.

XVI. Rerum ordo talis est, ut fluida corpora non valeant fibram motricem ex se solis conficere, neque firmare permanentem fortitudinem, nam fortitudo vera, durans, persistens est in solido, & solidum est tale ex ligamine, & nexibus multarum figurarum, & quò magis fuerint ligatæ, & annexæ partes, eo fortiùs, & forte erit

organicum corpus, & quodcunque aliud non organicum: Metalla illa duriora, quæ majoribus ligaminibus, & multiplicatis nexibus gaudent. Simplex figura fortitudinem non dat, quia ligamen non admittit, & licèt multæ simplices sint figuræ, non ligatæ, copiam faciunt, sed non fortitudinem: æmulantur fluxilitatem largè sumptam corpora solida redacta in minutissimam molem, uti limaturæ, & metalla in pulverem redacta: quia paucitate ligaminum afficiuntur in exilissima mole, ideò suo pondere, & gravamine decurrunt, uti in horologiis clepamidicis observatur. Horologium clepamidicum fit arenulis metallicis minutissima figura modulatis: in qua granulum quodlibet exilitate ferè punctuali videtur unica figura signari, & ligaminibus carere, qua causa fluxilitatem suscipit proprio pondere, quo delabuntur arenulæ ipsæ in declivitate naturali, & artificiali positæ. His igitur maximè latè patet intrinsecam fortitudinem non firmari, ac obtineri in simplicibus fluidis, sed solidis fibram motricem struentibus.

XVII. Attenditur in solido corpore qualicunque fortitudo, dùm multis ligaminibus stringitur, & multiplicatæ partes homogeneæ in ipso inter se ligatæ sint, & eterogeneæ modulatione naturali annexæ veniant. Ligamina, nexus, uniones semper fiunt in dimensione quanta figurata; & qua majori multiplicitate, & copiosiori numero fuerint partes integrantes organicum corpus; eo fortiori, robustiori, valido, forti multiplici ligamine ligantur, sic validum tale redditur corpus, quia multitudo ligaminum, & numerositas partium exigunt multiplicitatem figurarum in annexione. Soliditas ergo, fortitudo fundantur in corpore quolibet quanto, & organico, in multiplicitate ligaminum exigentium eamdem necessitatem figurarum multiplicium. Fortissimum organicum fundamentum habet in multitudine ligamentorum, & figurarum in corpore quanto annexarum, sive sit organicum vivens cujuslibet speciei, vel non organicum.

XVIII. Figurarum homogenearum, & eterogenearum

rum copia, numerus, nexus, ligamen tribuunt moli cuilibet, sivè organicæ, vel dimensæ quantæ fortitudinis munus, durationis, resistendique fundamentum, ac incommunicabilitatis esse ex soliditate ipsa, uti fundamentum durationis, nàm durum non communicatur, & non communicatur, quia non fluit, & non fluit, quia multis ligatur figuris; ex quo ligamine, & figurarum copia, fortitudinem nanciscitur quodlibet in omni genere corpus. *Idealog. Icon. sis. XIV. n. X.*

XIX. Ista fortitudo nuncupatur in organico vivente fibra firma motrix, quæ requirit non solum fortitudinem, sed partium organicarum structuram, & modulationem, figuras consonas, nexas, ligatas naturalitèr intèr semetipsas; etiamque fluitantes, nutrientes succos figura communicabili similes, luminosos, adhæsibiles, ut gradatim successivè solidescant in & cum parte qualibet, quam nutriunt, & cui adhærent.

XX. Gerit fortitudo ipsa in fibra motrice vices varias, multiplicesque in qualibet vivente organica mole. Sunt in vivente partes magis, & minùs fortes, uti glandulæ, membranæ, medullæ, musculi, & nonnullæ fortiores, ut ossa, ligamenta, tendines. In his omnibus viget fibra motrix universalis, & particularis; nàm omne visus, quælibet pars, singulus musculus suum ventriculum habet, suamque motricem fibram, quæ fortior, mediocris, fortissima, flaccida, tenuis est ordine, modulatione, & partis cujuslibet propria structura ex figuris, & nexibus positis: Ex quibus singulis, & omnibus conflatur, concipitur universalis fibra motrix in tota vivente machina.

XXI. Universali motrici fibræ tribuitur fortitudo, & tanta dicitur V.G. fortis in leone, camelo, tauro, urso, equo, lupo, cervo, & aliis viventibus machinis: Mediocris levis in distinctis, variisque speciebus viventium, uti in omnibus plantis eadem distinctio, & inæqualitas est, & variatæ fortitudinis ordo, uti sunt fibræ motricis fundamenta valida, validiora, levia, mediocria.

XXII. Rigiditas, durities partium, laxitas, & earumdem flaccitas fert distinctionem fortitudinis inter partes ejusdem viventis machinæ, plantævè, &c. Figura stabiliori gaudet ossea moles, quia pluribus nexibus: paucis nexibus mollis glandula, tenuis musculus: majori fortitudine ligamentum, cartilago. Validitatem in duritie notant ossa, quia dura ligantur, & multiplici serie nexuum: hinc gradatio fortitudinis in partibus singulis organicum firmantibus consideratur in copia, & numero ligaminum, sic in figuris firmantibus, circumscribentibus, terminantibus singulam partem cujuslibet viventis molis. Fortitudo igitur stabilis in solido organico ex figuris ligatis communicabilitate carentibus.

ELUCIDATIO VIII.

In Machina Organica Figurarum Structura Motum Modulat.

I. AN putandum unquàm veniet sine figura, & figurarum geometrica modulatione, ac proportione quidpiam, non tantùm in viventibus nobilioris ordinis, sed in arte factis construi, perficivè posse? Figura in pictura geometricas notas servans, in statuaria, & qualibet levi, & extimabili mole: artefactis necessitat figurarum positio; nec artificiale opus qualecunque publico exponi aptum sine tali figurarum proportione, structuraque modulatum. Quale forsan vegetans, vel vivens qualiscunque erit, nec musca, nec pulex figura sua carens, non signatus. Dirigit opus omne artificialis figura in artefactis, ergo quid dices de ejus necessitate, & structura in motu, & vitali machina?

II. Requirit figuram omnis ars: exigit figuram quilibet vivens. Artificialis motus est In & Ex figuris modulatis intrinsecis. Intrinsecus motus in structura organica figuras exigit. Pressio, dilatatio, constrictio, suctio, adhæsio, macula, peristaltica motio, armonia, propor-

tio, velocitas, morositas, aliusve intrinsecus exiguus motus semper in, & ex figurata modulata parte. Tanta miranda, nunquam laudata satis artefacta digna, & speciosa fiunt ex sola proportione modulativa figurarum in artefactis singulis, & ex geometrica stabilita, & signata circumscriptione. Quod putandum in vivente qualibet machina tanto decore, tantisque dotibus signata, quin figuris ipsis non concedatur primum fundamentum structarum vitalium operationum ab intrinseco ortarum? Figuræ modulatæ, structæ annexæ machinam viventem integrant, motumque in ipsa concipiunt, dirigunt, servant.

III. Undè organicum corpus dices, nisi ex proportione geometrica partium, & earum figura, qua signantur, firmantur, struuntur, aptæ fiunt omnes, & capaces motum habere, omnesque operationes distinctas perficere? Organizatio est statuta figurarum proportio, & annexio naturalis in corpore quanto, ducenda talis proportio in suscitandum, conservandum, perdurandum distinctum motum. Remota figura, removetur organizatio, abolita organizatione aufertur motus: à figuris modulatis justus motus habetur.

IV. Machinæ omnes artificiales, & mechanica structa distringuntur inter se ipsa, & multipliciter distinguuntur ex sua varietate, & modulatione figurarum: V. G. Statuaria sculpit puerum ex ligno, vel marmore, aliove corpore, struit mulierem, figurat piscem, facit florem pulchrum, tantasque alias arte conficit imagines idem sculptor, statuarius, artifex. Variant, distinguuntur, dissimilia sunt artefacta ipsa ex sola diversa modulatione figurarum. Aurifaber ex argento, aurove quantas dissimiles pulchras annulationes, quanta munilia, & innumera gemmata opera nostris oculis ingeniosa, pulchra, & miranda donat. Faber lignarius ex eodem ligno arcas, cathredas, scamna, januas, fenestras, & sine numero varia conficit lignaria structa. In musicis instrumentis, scilicet tubis, epistomiis, flautis, & innumeris constructis in figura diversis,

versis, edunt arte musicali tantâ variâ harmoniâ dotatos sonus. Fiunt in qualibet arte distincta, varia, pulchra, miranda artefacta ex solis figuris diversimodè modulatis, ex quibus pulchritudo, harmonia, melodia, & nimia decorositas oriuntur. Inspice usualem sutoriam artem in præsenti.

V. Naturalium officinarum usus, & antagonisticus agitur motus præcipuè ex consona figura. Oris figura, linguæ œsophagi, ventriculi, intestinorum, hepatis, pancreatis, cordis, renum, vesicæ, pulmonum, cerebri: omnes ductus, canales arteriosi, renosi, salivales, seminales, lymphatici, nervei, biliarii, uretici, filtrantes mucos, cerumina, sudores, lachrymas, furfures cutaneas, pilos, capillos per officinam, & sedem propriam, quarum officinarum figura diversa totum hoc dirigit, agit, & motus omnes distinctos perficit figuratio ipsa. Motus naturalis, qua proportione naturali conficitur, nisi ex modulata figura in quolibet organo, ut omnis culpa, & quilibet defectus, & singula depravatio singuli motus in quolibet organico fieri non potest, nisi depravata figura naturali, & structura talis visceris molestæ operantis.

VI. At nullus prorsus naturalis motus fieri in qualicunque sede, officina, & organo potest, si suis terminatis, necessariis, naturalibus figuris tale organicum viscus privetur. Masticatio statim vitiosa redditur, dum partes organicæ masticationi dicatæ in minima figura molestentur; nec unicus fibræ sinus figura vitiosa factus fert motum naturalem. Labiorum, linguæ convulsio, tumor, laxitas, rigiditas, paralysis, aliusque figuræ defectus statim culpabilis fit naturalis organicus motus talis sedis, & officinæ. Vitia figurationis in quodlibet viscus ferunt imbecillem molestiam, & depravationem motus. Præternaturalis figura cujuslibet officinæ, sedis, & organicæ partis lædit operationes sanas naturales.

VII. Tantæ naturales salubres officinæ in singulo vivente proprium munus exercens, & motus distinctos fermentativus chiliferos biliosos pancreaticos, lactiferos, cordiales,

diales, nervinos, salivales, aliosque sistentes in mole organica; non ducerent tantos ductus, & motus diversos, nisi figurarum modulatio, & structura esset terminata, circumscripta, specificata à fibra motrice universali, & particulari, & ex fibra motrice: Nec fibra moveretur, nisi organizata, & nequaquam organica esset, nisi ex naturali proportionata structa figura. Ventriculus non chylificat, cysticus folliculus non demandat, nec perficit suum saponarium succum, uti in icteritia hepar, non colorat, sivè ideat chylum: Triumviratus succus in suis ductibus non separat, delucidat fermentum: Pancreas non demandat, ducitque suum subacidum: Cor, pulmo, venæ, arteriæ venosæ non perficerent susceptionem, & impulsivum motum, nec ulla sedes infigurata, & non structa figuris motum haberent naturalem, uti præcipui morbi ex hoc primam originem ducunt, ideoque figurarum structura est tantò necessaria in vivente mole, quantò necessarius est motus intrinsecus in vivente singulo.

VIII. Ut magis pateat præsens Elucidatio, opus est huc ducere series multas, & innumeras morborum penès pathologiam in triplici specie signatorum. Sunt dicti omnes morbi, & distincti in intemperie, in mala compositione, & in soluta unitate; quibus speciebus subjacet quilibet morbus: Attamen ex his tribus una est species subjacens pravis, depravatisque saporibus: alia species sunt ex læsis figuris, uti mala compositio, & soluta unitas.

IX. Retardatur morosus, celerior, molestus, interruptus, morbosus fit motus in vivente, si mala, & molesta fuerit alicujus partis organicæ figurata structura, & compositio. Structura salubris, naturalis fundatur in consona geometrica naturali figura, nec læditur machinæ positio, non læsis naturalibus propriis figuris structis. Paritèr soluta unitas dicit ruptas, scissas, fractas, solutas figuras in machina vitali; ex qua scissura fractura figurarum, vel in musculis, vel in ossibus, membranis, ligamentis, singulisque integrantibus partibus oriuntur, sempèr morbi dicti in soluta unitate: sic docet pathologia.

X. Alie-

X. Alienatur, læditur, aboletur semper naturalis motus in mala compositione, & soluta unitate figurarum ex modulatione molesta. Undè motus ritmicus, salubris in machina organica nequit fieri, si recessus habeatur à structura figurarum in parte vel partibus organicæ molis. Hinc diminutio motus, molestus, abolitus motus, si figuræ non fuerunt structæ naturalitèr, unitè, annexè, modulatæ, in vitali machina.

XI. Læsio motus naturalis ex mala, vel soluta unitate figurarum dat præcipuos morbos. Salubris motus, consonus naturalis dat præcipuas salubres operationes naturales; quæ fundamentum habent in motu, & motus in figuris annexis ligatis, & structura naturali modulatis.

XII. Ipsis figuris positis, & structis in vivente singulo, oritur salubritas, ritmicus vitalis motus in fibra motrice universali, & particulari, nam motus constrictivus systolicus, aperiens diastolicus, & perystalticus intestinalis fit ex fibris, & musculis dotatis tali dimensiva figura, ergo semper ad idem recurrendum.

XIII. Vappescit figura alicujus organi, ecce statim debilis, flaccidus agitur motus. Ætatis successivitas est magna ex parte ex figurarum gradatim mutata, flaccida modulatione, sivè laxitate ipsarum figurarum. Senectutis tempus ex flacciditate successiva fibræ motricis, & talis flaccidi as ex figurarum vappescentia modulante oritur.

XIV. Maximus Infinitus Creator posuit tantas innumeras diversas figuras in partibus machinæ vitalis humanæ nobilissimæ, & mirandæ structuræ, nam uti nobilissima nostra machina debebat motus varios innumeros necessarios diversos exercere; ideoque varietate, & structura tanta multiplicata figurarum eam creavit, ornavit. Quare in ventriculo figura oblonga rotunda, & non octedrica: hepati concessa, concava, rotunda, non pyramidalis: cystico folliculo pyriformis subrotunda, non concava: mesenterio circularis, non longa: sacculo lacteo ovalis pyramidalis: Cordi conoidalis figura, non rotunda: Lieni oblonga: Testibus ovalis rotunda: Renibus gibbosa rotun-

rotunda canalis obliquus: Mammis subrotunda: Utero pyriformis rotunda: Diaphragmatici circularis: Pancreati gibbosa: Oculis lenticularis: Auribus labyrintica, &c. Esset enim nimis longuum singulas partes figuratas in vivente machina huc deferre, & earum fabricam, ac figuram succorum omnium naturalium, redicere, & motuum restaurantium, ac liquorum alibilium structas figuras deferre. Anatome sat clarè, & ocularitèr demonstrat.

XV. Diversitas in singulis partibus organicæ viventis molis, & earum figura structura tantis singulis officinis dotata, non alia causa, licèt non totali, quia motus, & vita habent durationem, & conservationem in diversitate motus, qui systolicus, diastolicus, luminosus, nutritivus, filtrativus, depurans, & tot, tantique alii; quæ diversitas motuum fundatur in fibra figurata, & structura naturali diversa ac modulata.

XVI. Initia clarè, latèque patent ex structura primordiorum organicorum in pullulatione signatorum in distinctis figuris à prima apparitione salientis puncti. Ideæ seminales masculeæ, & fœmineæ nimis totum hoc demonstrant, etiam in occasionalibus nœvis à generante delatis. Quid fortiori ordine in ipsis structis necessariis componentibus partibus molem organicam, & structura figurarum firmandum?

XVII. Vegetantia non dotata tantis organicis partibus, & non multiplicibus figuris, ideò non retinent tantos multiplices motus diversos, distinctos. Motus fœcundationis; motus nutritionis; motus germinationis; motus perfectivus dimensionis, ac tandèm secundum propriam speciem motus fructificandi, seù ovulandi, & ducendi seminales ideas causa propagationis. Innumeri nobiliores motus cordiales, animales, nervini memoriæ, intelligentiæ perceptivæ, consiliariæ, & similes in vegetantibus desunt.

XVIII. Est in viventibus sensitivis perfectis multiplicitas varia motus, uti masticatio, deglutio, chylificatio, sanguificatio, respiratio, & alii: qui motus, licèt præ-

cipuè à musculosis fibris variè modulatis fiant; attamen non sola figuratio musculorum apta nata est tantos diversos motus in sensitiva machina agere, sed necessitat figura longa, obliqua rombidea. Omnes partes organicæ cultro anatomico subjectæ, tantas adnotant figuras modulatas diversas, quantæ ipsæ numero distincta sunt, & organica propria munera exercent.

XIX. Reperiuntur operationes, & motus varii, ut anatome constat ex modulatis membranis, ligamentis, glandulis, cartilaginibus, musculis, ossibus, singulisque ex figuratione, & structura ipsa figurarum. Aliis figuris indiget motus masticationis: Distinctus motus deglutitionis: Diversus motus respirationis, expulsionis, uti figuræ structæ in fabrica ipsorum sunt. Aures, oculi, nares, renes, & cœtera viscera omnia. Est igitur in figuris structis motus diversus in modulatione ipsarum varia positus.

XX. Sunt in intestinis, & eorum machina abecedaria figurarum, licèt una dicatur intestinorum longitudo; attamen diversas retinent figuras, & diversa etiam exercent opera, ut penès anatome ipsum elucidatum venit. Jejunum, duodenum, colon, cœcum, ileon, rectum. Diversæ structæ figuræ, distinctæ operationes, variæ etiam verminationes fiunt.

XXI. Instat motus circularis in tota machina fluidorum, systolicus, & diastolicus in corde; filtrativus, & expulsivus in emunctariis: Adhæsivus in nutritione, cribans in glandulis: expulsivus in vesica, & sic omnes alii multiplices motus. Sunt structa vasa, organa ipsa multiplici diversa modulatione, ut est eorum consonus naturalis motus.

XXII. Tuetur omnis organica pars suam individuam circumscriptionem, ac modulationem suæ figuræ. Modulatio individuat organicum, & organicum specificatur in dimensione à sua figura, & ab hac distinguitur motus.

XXIII. Abecedarium figurarum est in omni perfecta sensitiva machina, ut forsan non sint reperibiles figuræ geometricæ, quin in machinis vitalibus non signentur. Nobilitas, & necessitas vitalis motus universalis exigit

omnem

omnem seriem geometricæ modulationis, & figuræ in machina vivente.

XXIV. Sat exprimitur totum hoc in motibus oculo patentibus. Quantis figuris utitur os; quantis diversis labia in diversa multiplici prolatione vocum, scilicet loquelæ, & cantus hilaris, & mœsti: In masticatione trituratio, deglutitio: ut tantæ innumeræ fiant modulationes figurarum in talibus motibus, quantæ sunt diversæ multiplices operationes in eis.

ELUCIDATIO IX.

Similitudo, & Dissimilitudo Viventibus Machinis Organicis defertur à Modulatione Figurarum.

I. IN singulis partibus organicæ molis adest similitudo, & dissimilitudo. Similitudo in locatione geometrica naturali partium, dum perfectissima sensitiva vivens machina similitudinem retinet, tunc duplicatam admittit partem organicam: geminatio brachiorum: duplicitas oculorum, narium, aurium, pedum, manus: Idem in individuo, V. G. digitus pollex cum alio in altera manu, annularis cum simili: Ita cœteræ partes, sivè musculosæ, vel osseæ, vel alterius speciei dicunt similitudinem inter se ex eadem circumscripta dimensiva figura; qualis similitudo semper circumscribitur ab eadem modulatione æqualitatis ex ipsis figuris.

II. Nulla est pars in machina vivente, quæ eadem sua similitudine dissimilis non sit ab altera non ipsa, nam in eadem mole organica oculus, V.G. similis oculo, dissimilis auri; digitus similis digito, dissimilis oculo, nari, auri, labiis, &c. Tunc affert dissimilitudinem pars alteri parti, dum diversis figuris circumscribitur; ideoque in singulis partibus struentibus machinam reperitur similitudo in dualitate, & geminatione ipsius, ut oculi, aures, nares, genæ, brachia, pedes, costæ, & aliæ: Præter geminationem verò dissimilitudinem ducit cum aliis, & reliquis partibus.

III. Sunt partes, & officinæ in machina organica, quæ duplicationem retinent, sed non idem munus, & opus exercent, sicuti duplicatus ventriculus in corde non eamdem figuram, neque similitudinem habet; nàm dexter ventriculus recipit, sinister restituit: mesenterii ductus, & pancreatis canales sunt multi, at inæquales, & distinctæ figurationis: digiti manus quinque inter se dissimiles, licèt similes aliis alterius manus. Similitudo ergò in machina dicit unâ simul dissimilitudinem cum sociis partibus; nec agitur eadem omninò operationum æqualitas: sic figuratione dissimili terminantur, atque signantur organicæ partes in mole vitali.

IV. In organicis duplicationem non habentibus, nec datur similitudo. Mesenterium non simile pancreati, nec aliis officinis: cor nulli alteri visceri: hepar, ventriculus, caput, & similia viscera, & multiplicatæ officinæ eadem privatione ducuntur.

V. Neutralitatem figurarum retinent nonnullæ partes in organica mole; ut in longitudine, latitudine, aut alia dimensione assimilantur alteri organico. Testes ovalem rotundam: Cystis fellea pyriformam subrotundam: Uterus pyriformam rotundam: Assimilantur uni visceri, V.G. in figura pyriforma, sed non in alia figura subrotunda. In his sunt figuræ neutræ, partitione similitudinis, & dissimilitudinis.

VI. Geminatio articuli, sivè organici dat similitudinem, ut oculus oculo cum eadem figuratio, eadem dimensio, æqualis circumscriptio in utroque, aliter defectiva, & non similis dicenda, si in parvitate, majoritate, vel alia dimensione sit læsum ipsum geminatum organicum.

VII. Universalis similitudo fundatur in dimensione, æqualitate, & proportione figurarum, & debet esse inter duo, vel plura similia. In quacunque arte duo artefacta, tunc dicunt similitudinem inter se, quando eamdem dimensionem, æqualem structuram, ac proportionem suscipiunt, & retinent in figura. Hinc sunt imitantia viventes machinas, dùm in suis partibus fundamentum habent firmum

mum in figuris similibus, æqualibus, dimensis, proportionem habentibus; nec ulla viget, datur similitudo, dum figura excedit æqualitatem, dimensionem, ac proportionem figuratam.

VIII. Lex omnium artificialium est imitatio naturalium machinarum, ut artefactum opus mirum, & dignum sit speciositate, nec artifices qualescunque à tali æqualitate, proportione, & dimensione figurarum discedunt, imò ad unguem imitantur proportionem, dimensionem, æqualitatem figurarum, ut artefactum excellens sit, & speciosum.

IX. In statuis, imaginibus, singulisque pictis, & omni alia arte, semper geometrica attenditur dimensio in figuris, ut similitudo ferè naturalis in machina artefacta miretur. Circitio utuntur semper artifices, ut mensura figurarum sit æqualis proportionata dimensio.

X. Si ergò æqualitas, dimensio, proportio nullimodè obtineri possunt, nisi in figuris, & ex figuris, & similitudo In, & Cum his fundatur; dicendum similitudinis fundamentum in machinis organicis agi, obtineri, perfici à modulatione figurarum.

XI. Partibus non æqualibus, non dimensis, nec proportione figuratis in mole vivente; non solùm deest similitudo, at venit difformitas, monstruositas, ut pluribus in locis ostensum. Sicuti ligamen, nexus inter partes dant fortitudinem machinæ viventi; ita proportio, dimensio, æqualitas tribuunt similitudinem viventibus machinis. Æqualitas, proportio, dimensio in figuris extat.

XII. Attendenda in omni vivente mole fibræ motricis activitas, duratio, & inspiciendus motus. Majori ex parte in solido organico fiunt activitas, duratio, & motus ex similitudine, æqualitate, & dimensione proportionata organicarum molecularum struentium fibram ipsam motricem particularem. Similitudo, æqualitas, dimensio requiritur sic necessaria in fibra motrice, ut remota dimensione, proportione, & æqualitate figurarum in ipsa motrice fibra, non solùm motus vitiatur, vel læditur, sed sæpè

pè, sæpius, & multotiès omninò abolebitur.

XIII. Remota dimensione, proportione, & æqualitate figurarum inter duo, vel plura similia, statim oritur dissimilitudo, quæ dissimilitudo nõ alitèr oritur, ac ex inæqualitate dimensionis, & proportionis figurarum, omnimoda similitudo in modulatione figurarum residet æqualium.

XIV. Tantarum specierum dissimilitudo, & individuorum omnium distincta effigies maximè fundantur, tàm in specificatione, quàm opere in dimensione dissimili, inæqualitate, & dissimilitudine figurarum. Species equina, leonina, ovilla, bovina, & reliquæ omnes species sunt dissimiles causa modulationis figurarum internarum, & externarum. Non neglectis aliis concurrentibus ad machinæ cujuslibet viventis fabricam. Non solæ figuræ ad tanta specificata distinta opera necessariæ sunt; at sapores, fluida, & motus, ac annexa distincta singulæ speciei.

XV. Insuper in eadem specie V.G. equina, vel leonina, & omni alia datur, & oritur dissimilitudo individualis, sivè particularis dicta. Non omnes equi similes, nec leones ex figurarum dimensione dissimili, inæquali, sed individuali. Grandioris corporis, & dimensionis, vel minoris sic colores, & externa pilosa induentia.

XVI. Brutorum voces largè dictæ, sivè articulationes in omnibus sensitivis terrestribus, volatilibus, singulisque reptilibus, ac piscibus distinctionem faciunt, ac diversitatem in qualibet specie causa figurarum, modulatarumque partium vocem struentium: sunt veluti epistomia diversa in brutis, & sensitivis singulis, uti in musicis organis. In leone rugitus, in equo hinnitus, in ove balatus, in serpentibus diversa sibilatio, in volatilibus varius cantus: at undè, & qua causa tanti distincti motus, & vocales largè dictæ pronunciationes in singulis sensitivis? Variat figura, dissimilis organizatio, diversa modulatio figurarum in partibus organicis tales sonus, sibilus, cantus efficientibus, modulantibus.

XVII. Videntur, & observantur in eadem specie multa individua habentia graviorem, gravem, mediocrem,

crem, exilem, magis sonoram, gracilem, expressionem vocalem ex sola longiori, brevi, longa, exili, angusta structura, & figura partium edentium sonum. In qualibet specie tanta distinctio inter individua ipsa ejusdem speciei ex sola modulatione figurarum organicarum dimensiva.

XVIII. Similitudo, & dissimilitudo inter viventes machinas fundatur in dimensione, æqualitate, proportione, & modulatione partium; at nec æqualitas, neque dimensio, modulatio, & proportio nullimodè obtineri possunt sine figurarum circumscriptione, quoniam hæc omnia in quanto dimenso corpore fiunt, & corpus quantum his circumscribitur.

XIX. Viventis molis est modulari in figuris, & ex figuris homogeneis, & eterogeneis, quæ homogeneitas, & eterogeneitas quanti viventis solis figuris consequitur, & ipsarum circumscriptione varia multiplici; igitur figurarum est tribuere machinis viventibus similitudinem, ac dissimilitudinem.

XX. In viventibus intrinseci motus, & intrinsecæ similitudines sunt variæ specificationes, sicut in artefactis similitudo, & dissimilitudo sunt extrinsecæ; sed in artefactis considerantur hæc omnia in figuris diversimodè modulatis, ergo in intrinsecis viventibus organicis, motûs similitudo, & dissimilitudo ab intrinseca modulatione varia, & diversa, similivè figurarum modulatarum intrinsecarum.

XXI. Viventibus, & non viventibus machinis, non solùm tribuitur similitudo, & dissimilitudo naturalis specifica orta ex dimensione, æqualitate, & proportione modulante figuras; at etiam molesta monstruositas, quæ fit in specie, individuis & artefactis: quæ monstruositas sedem, fundamentum retinet in figuris, non solùm circumscriptis molestè, sed alienæ.

XXII. Est monstruositas, vel privatio totalis, vel partialis carentia in quanto figurato, vel vitam habente, aut non habente dimensionis, æqualitatis, & proportionis;

nis; nam monstruositas maximè requirit inæqualitatem, inproportionem, & circumscriptionem figurarum, turpiter modulatarum; undè monstruosum semper ducit inproportionem in figuris corpori quanto dicatis.

XXIII. Nullum corpus inæquale, minus, magisvè dimensum in figura dicitur monstruosum; sed illud monstruosum habemus, quod magnam, vel totalem inproportionem retinet in corpore quanto. Esset in vivente caput V.G. in pectore, oculus in fœmore: Brachium in spinali medulla, labia in fronte, & sic collocata organa in figura & situ non debito.

XXIV. Talis monstruositas posset esse in specie, uti est pes bovinus in homine, aliudvè articulum alterius speciei, V.G. brachia humana in equo: caput leoninum in homine, & innumeræ aliæ inproportiones articulorum in diversa specie. Esset figura naturalis brachii, pedis, & alterius organi posita, & modulata, sed dissona tali speciei, quæ discrepantia, & monstruositas esset speciei, & non organi.

XXV. In eadem specie monstruositas esset fundata in dimensione, uti si foret in homine pusillitas pedum, exilia essent brachia, vel parvissimum caput, exilissimi oculi, quæ in dimensione diminuta monstruositatem pariunt. Magnum Caput, amplissimum pectus, Gigantis pedes, labia excedentia structuram humanam, dicerent monstruositatem in dimensione excedenti. Dimensio petit figuram.

XXVI. Statuitur talis, & tanta monstruositas non solum in carentia proportionatæ figuræ in tali individuo, vel humanum sit, leoninum, equinum, & qualecunque aliud, sed attendenda est monstruositas nulli individuo, neque speciei competens V.G. si homini, leoni, urso, equo, vel singulo naturali individuo competens sit V.G. habere unum pedem, quinque pedes, unum oculum, tresvè oculos, duo capita, sicque de cœteris: Quæ monstruositas est in specie omni neganda, & individuis singulis omnium specierum: monstruositas in numero speciei.

XXVII. Ma-

XXVII. Machinarum monstruositas est etiam in numero diminuto, vel excedenti in omni specie, & in omni individuo V. G. unicum brachium in homine, tria brachia in homine, duo pedes in leone, vel equo, vel quinque pedes. Sic duo digiti in una manu, vel sex digiti in una manu. Quæ monstruositas in aucto, vel diminuto numero, etiam specifico.

XXVIII. Alia monstruositas, & mala compositio peccat in æqualitate, dimensione, & proportione figurarum, sed in partibus naturalibus, V. G. gibbositas in pectore, nimia longitudo colli: in dimensione brevi, vel longissima pedum, vel brachiorum, quæ fiunt ex vitio figurarum in dimensione, æqualitate, & proportione negata.

XXIX. Cœteræ monstruositates magnitudinis, præternaturalis oppositi, & oppositione specifica, & individuali sunt innumeræ, uti penès Authores, & quotidiana visa patent; at semper fundamentum retinent in circumscriptione figurarum; quoniam quælibet monstruositas in quanto dimenso fit, sivè naturali vitali vivente, vel non vivente, & omne quantum dimensum figuris regitur. Sic picta, sculpta, & artificialia incurrunt monstruositatem.

XXX. His monstruositatibus positis in viventibus machinis, & artefactis ædificiis, etiam illusione digitorum, non conceditur locus, nisi in figuris, & ex figuris vitium modulationis suscipiant, & per consequens ex illis monstruositas originem ducat.

XXXI. Internæ non visæ monstruositates annotantur in viventibus etiam, & præcisè ex ipsis figuris, uti sunt morbi curationi, & auxiliis non cedentes. Sterilitas in mulieribus, viris ex internis vitiatis figuris organicis, plura penes Authores tanta monstruosa leguntur.

XXXII. Nullus morbus fit in vitali machina non peccante, & culpata figura in fluido, vel solido organico: fit enim improportio in his; undè morbosæ operationes. Non negato saporum defectu.

XXXIII. Est ergo monstruositas statuenda in figuris

semper, tàm internis organicis molestis, quàm externis modulantibus viventem structam molem ipsam, ut satis patet, ostensum venit.

ELUCIDATIO X.

In Machina Vivente Nexus Figurarum fert Durationem.

I. IN artefactis ligamina partium componentium artefacta ipsa fortiora, longiora, multiplicia, dura, dant durationem moli artefactæ. Firmantur motrices fibræ in viventibus, solo nexu figurarum, nec integritas machinæ statuitur, non dato, ac posito nexu, vinculo inter partes singulas: Quo nexu universali in multis integrantibus moleculis posito, fit unum corpus tale organicum modulatum, ac structum figurarum opere.

II. Licitum nobis sit durationis vitalis initium inspicere ex primordiis generationis in omni specie. Incipiunt dilucidari, & successivè perfici partes, uti crescunt, sic augentur, perficiuntur in mole dimensiva, ità figuræ ligantur successivè in nutritione aucta, & sic firmantur omnes figuræ cordis, hepatis, ventriculi, cerebri & omnium officinarum, ac partium singularum.

III. Licèt in Elucidatione octava, quæ fortitudinis opus exprimit in figuris nexis, quidpiam de duratione actum sit: attamen in præsenti locutio erit de duratione, habita causa nutritionis in mole quacunque organica successivè facta.

IV. Attenditur nutritio cujuslibet partis adhæsione sui alibilis nutriendo suum solidum specificum simile, undè vitalitas, motus, restauratio, successivitas, duratio.

V. Regularis motus motricis fibræ universalis, & particularis est In & cùm organo: Organum, & organicum ex partibus, partes ex prima initiante nutritione: Primordia nutritionis à ligamine adhæsivo, & nexu alibilis

bilis successivi, ligati solido ipsi, undè nexus, & ligamen succi nutritivi in propria figura adhærente dat durationem organico ipsi, talemque durationem præbet, uti laxæ mediocres, vel duræ fuerint nexæ in ipsis fluidis figuræ: talem consequitur durationem, & habet pars nutrita & organica.

VI. Ulla reperiri non licet fibra motrix, quæ durationem suscipiat qualemcunque brevem, mediocrem, longam, nisi sola proportione habita ex nexu figurati nutrimenti; quælibet pars organica, cor, jecur, ventriculus, cerebrum, omnesque aliæ subalternæ motum durationis habent talem, quale gaudent ex nutritione figurata restaurante, augente fibram motricem similem solidam cujuslibet partis, & officinæ.

VII. Modulatio, & nexus figurarum nutrientis succi est fundamentum soliditatis magnæ, parvæ, mediocris. Quale fundamentum distinctæ soliditatis in motrice fibra fit distinctum in duratione majori, mediocri, & minori ex nexu propriarum figurarum, undè firma longa duratio, laxa, brevis, duratio ex forti, vel debili nexu.

VIII. Nexus, ligamen multiplex tantam ostendit, ac præbet durationem viventi moli. Debilis nexus est in succo glanduloso, undè glandula flaccida: constrictior multiplex est nexus in alibili succo tendinoso osseo, & talis longior duratio in tali parte gradatim nutrix, & vario nexu dotata ex initiante, & successiva nutritione.

IX. Est longior duratio illi articulo, & organo duriori, dum suum nutriens strictis gaudet figuris, & non flaccidis, ac laxis nexibus; quæ gradatio omni viventi, & cuilibet parti statuenda est.

X. Sunt ligamina, sunt nexus molles, laxi, duri, duriores, durissimi ex suscepta primordia seminali idea, qua partes omnes variæ figurantur, ideantur, construuntur, ligantur, & ideò distinctæ molles, duræ, duriores, laxæ fiunt, uti fuerunt, & conservantur seminales ideæ ipsæ.

XI. Soliditas, fluxilitas, laxitas corporis singuli,

& gradatio quælibet consistit in multiplicatione ligaminum corpus ipsum tam solidum, quam fluidum occupantium, & gradatione quadam talia distincta corpora firmantium.

XII. Unicum durationis longioris munus consistit in duritie. Durities in multiplicitate ligaminum. Multiplicitas ligaminum in numero figurarum multiplici; quæ multiplicitas, qui numerus distinguit fibram motricem in structione forti, vel debili; unde longa, successiva duratio.

XIII. Sed non prætereundum uti supra expressum est, & anatome patet, scilicet durationis vitalis munus esse primariò ex idea seminali ex semine delatum, indè ex nutritione, quæ distinctione, & multiplicatione figurarum, & ligaminum in proprio fluido tale successivum opus fortitudinis, & durationis præbet fibræ motrici universali, & fibris multiplicatis individuis in restauratione, & perficientia molis viventis nutritæ, ex qua consequitur fortitudo, durationis vitalis fundamentum.

ELUCIDATIO XL.

Alienatio Successiva Ligaminum in Machina vivente facit ipsarum Figurarum Successivam Laxitatem. Unde Durationis, & Vitalis Motus Deficientia.

Idealog. Iconis. fol 242. per totum num. 45.

I. DAt durationem singulis viventis machinæ partibus successiva continua nutritio, quæ sua rosciditate, ac adhæsivo alibili firmat, restaurat, auget, roborat machinam totam, & fibras motrices, nexus, & ligamina omnia, partesque totius machinæ.

II. At successiva nutritio ex rosciditis succis orta uti in ipsa fortis, mediocris, tenuis, neutra, turgens, salacitate sua gaudens talem firmat, vivificat, alit, illuminat, roborat motricem universalem fibram, & figuratas stringit, vivaciores reddit, annectit: sic ætatis successivitas in singulis

lis individuis, & speciebus anatomicè ostenditur.

III. Tunc motrix fibra lasciviens, turgens, & salacitatem fortem, efficacemque motum ostendit, dùm suæ struentes fibrillæ, musculi, tendines, nexus, ligamina fortitudinis munus possident.

IV. Datur, conceditur motrici fibræ opus fortitudinis ex intimo forti, arctissimo ligamine habito inter figuratas partes, nàm validus fibræ motus est In, & Ex organicis arctè ligatis. Ligamen arctum, & validum est illa intima nexio concentrica omnium figuratarum molecularum, quæ semper supponit lucidam, archealem intrinsecam nutritionem, ex qua turgent, vigent partes, nexus augentur figurarum, & ligamina in dimensione quanta, quæ turgentia dicitur salacitas, vigor, fortitudo. Hæ causæ sunt fundamentum successivæ durationis.

V. Uti nutritio agitur, talis auctio, dimensio, vivacitas, fortitudo, motus, & moventis fibræ robur, & duratio vitalis: motus præcipuè conficitur ab intrinseco lucido archeali succo alibili fervescente, sed cùm, & in figuris recta modulatio organica, ex qua oritur motus in figuratione organica.

VI. Remota naturali figura in quolibet organico ex laxo ligamine, etiamsi optimum alibile ducatur, attamen motus naturalis non agitur consonus: sic accidit in articulorum, musculorum contorsione, violenta scissione, & fractura, vel contusione. In his casibus vitium, & molestia fuerunt introducta ex externa causa, non læsa intrinseca nutritione: per hoc tamen motus minimè, vel molestè agitur ex sola præcisa causa fracturæ depravantis nexus, & ligamina inter figuratas partes: quo casu tota molestia motus naturalis, vel ejus deficientia refunditur in figuris scissis, contusis, ac morbosè affectis.

VII. Actualis naturalis fortitudo successivitas valida ipsius motus est ex præsenti ligaminum, & figuratarum fibrarum motricium robore. Fortitudo, duratio, & ejus valida successivitas efficitur in vivente machina una insimul, & motus ex ipsis ligatis.

VIII.

VIII. Tuetur gradatim, & restaurat in mole vivente fortitudinem, & durationem vitalem primum roscidum nutriens, cujus adhæsio successiva, continua perficit ligamina, & ligatas figuras, quarum successiva gradatio fert durationis successivitatem. Opposita deficientia, & laxitas, oppositum ducunt.

IX. In quolibet articulato organo multa veniunt notata. Nutritio, Dimensio, Figura, Compositio, sivè Partium maritalis annexio, ligamina stringentia quamlibet exilem molem, & eterogeneæ modulationes perficientes. Deficit nutritio una die, vel hora, per hoc non perit, sed vivit machina, at diminuitur dimensio, & dùm successivè deficit nutritio, sic successivè diminuitur machina partium, uti in tabidis morbis, in marasmo, aliisque continuis morbis depravantibus totam machinam paulatim, in quo casu non effatim obit vivens, at dùm nutritio totaliter deficit, vel non sufficiens. Confunditur compositio, at aliqualem motum dat vitalem. Si pereat ligamen scissione, vel paralysi perfecta, aut alia occasionali causa potenti, tunc fibra motricis motus aufertur à dicto organo, cujus scissum est ligamen inter partes.

X. Omnis vivens machina initia suæ generationis suscipit à ligamine fluidorum in solidas partes adhæsione nutritiva. Ligantur fluida nutrientia successiva gradata soliditate in organicas moleculas; ut si tali adhæsione ligaminum carentia fiat, certò certiùs, nec fœtatio, nec ejus nutritio, neque dimensio fieret in solida nutrienda machina.

XI. Necessitat successiva ligaminum strictio, & firmitas in figuris singularum integrantium partium, ut ex his nexibus successiva fiat duratio, uti est ligaminum strictio, & delata nutritio.

XII. Est necessaria inter fluida alibilia invincibilis ligaminum firmitas ad perficiendum motum, ipsumque conservandum, quæ durationem dicunt.

XIII. Maxima firmitudine posita in ligaminibus figurarum in qualibet mole vivente, etiam ponitur æqualis dura-

duratio firma: Gradatio cujus intèr moleculas integrantes machinam, præbet distinctionem ætatis.

XIV. Earum figurarum diminutio, & ligaminum successiva laxitas fert vitæ deficientiam, motus torporem, & diminutionem, ac tandèm ejus carentiam, ac obitum viventis.

XV. Agitur talis torpor, & successivus diminutus intrinsecus motus ex eadem intrinseca causa nutritionis defectivæ. Augetur sensim, ac gradatim vivens machina in dimensione quanta, figura, robore, fortitudine ligaminum, & motricis fibræ firmitate, ex copiosa lucida adhæsiva ligata copula intèr copiosum alibile roscidum fluxile, & consonas solidas integrantes moleculas organici viventis. Roscidita, luminositas, dulcis sapor, æqualitas copiosa succorum nutrientium augent, ligant, modulant, firmamque reddunt machinam ipsam: sic etiam eadem figura, eadem modulatio, ipsaque ligamenta identicæ fibræ motrices, omnesque partes integrantes paulatim, roscunt, & laxantur ex diminuta annona nutritiva, & qualis deficientia nutritiva, talis laxitas, & defectus vitalis motus, & ligaminum.

XVI. Rigida, annosa, longæ, diuturna nutritio facit, datque moram, intrinsecumque torporem seminalibus lucidis primogenitis ideis, ac inducunt sensim morositatem, torpidamque indolem partibus omnibus, & succis singulis nutritioni dicatis. Annorum longa series removet luciditatem archealem à seminalibus ideis.

XVII. Undulat vita in successiva nutritione: modò velocior in motu perficit naturales suas operationes, uti ætas virilis in salaci juventute: modò pigrescit, & tarda, ac morosa refert opera sua in senescentibus annis. Causam si quæras, eam invenies in succis nutrientibus cœnosis vappidis, ita elaboratis in officinis omnibus, tàm masticationis, chylificationis, & cruorizationis luminosæ. Supprimitur, vappescit alibile nutrimentum in primis officinis elaboratum, & ita defertur nutriendæ machinæ; undè vitia, & torpor præcedentium migrant in machinam ipsam.

XVIII.

XVIII. Multæ sunt concausæ ad invicem operantes, ut solidæ officinæ organicæ in juvenibus, virisque sint robustæ, firmæ, & salaces in suis chylificationibus, & cruorizantibus sedibus. In senibus tardæ, morosæ: Talibus succis restauratur vita, iis motum intrinsecum, aliasque operationes affert. Lucidum universale seminale, quia distans à primo lumine generativo, quo gradatim transit ætas, sic sensim proportione deperdit suum archeale, seminale luminosum, quo restaurantur, vivificantur officinæ, & fermentationes ipsarum, quarum torpor ducitur in morositatem fluidorum nutrientium, & ligaminum alienationem successivam.

XIX. Laxitas motricis fibræ, successiva auctionis carentia, oritur ex morosa nutritione deferente cœnosos, crassos succos singulis indigentibus nutriendis, restaurandisque partibus. Sic sensim, sic gradatim labescit, flaccescit machina, diminuitur validitas, & ligamentorum nexus relaxatur, ac figuræ omnes intrinsecæ cujuslibet modulatæ partis flaccida, laxa, debilis ducitur, sic senectus, mors naturalis.

XX. Alienantur ligatæ partes ex tenui nutritione: flaccescunt nexus, copulæ maritales in fibris motricibus ex carentia pabuli successiva. Paulatim deficit lumen ex pabuli olei penuria, sic ætas transit in obitum.

XXI. Sunt ligamina prima in machina struenda, sunt prima modulata in fluidis, sunt necessario annexa figuris, quibus paulatim gaudent, nutriuntur, validæ fiunt solidæ partes initiante generatione. Sunt etiam prima ligamina ipsa, & modulata, fluida laxari flaccescere, ex successiva deficiente cœnosa nutritione.

XXII. Sic deficit duratio viventis molis paulatim ex gradata deficienti fortitudine fluidorum, & solidorum omnium, in quibus, & ex ipsis motus, & duratio ipsius.

XXIII. Insuper duratio est annexa motui vitali intrinseco. Deficit motus in omni parte, quia quælibet in ligamine peccat, ergo duratio successivè labescit.

XXIV. Tunc incipit solida fortitudo, quando fluida fœcun-

fœcunda figurantur, & sic vitæ principium. In successione annosa fluida ipsa non modulantur ordine consono, sic deficiunt, & ita aboletur duratio.

XXV. A fluidis initium generationis structuræ organicæ fortitudinis, & durationis. Cœnosa fiunt fluida primariò in senectute, hinc ab ipsis prima carentia durationis.

XXVI. Sicuti rescissio vitalis est amissio, & deficientia motus intrinseci, sic etiam deficientia motus intrinseci est amissio durationis. Perit illa in vivente, deficit hic.

XXVII. Successiva figurarum laxitas, & ultimo in fluido, & solido est durationis vitalis ultimus punctus. Laxatur universalis fibra figurata in machina: Perit vivens, abest duratio. Exemplum æternitatis est. Morimur, quia vivimus. Hodiè vivit: cras moritur. Æternitas domus nostra est.

XXVIII. Finis viventis machinæ ex causa naturali sic evenit: Remota occasione violenta incisiva, destructiva, venosa, vel morbosa. Initiat vivens fluido universali nutriente structura partium singularum facta. Dimensione perfecta naturali habita usque ad punctum maximum virilitatis. Sic decrescit, deficit nutritio, laxantur partes, deficit motus, nulla duratio. Sat de figuris actum est, ducendus calamus est ad socium necessarium aliud fundamentum struens machinam vitalem.

ENUCLEATIO II.

De Saporibus Naturalibus Singulæ Viventi Machinæ Tributis.

IDeale Elucidarium Iconologicum, si Philosophico scrutinio ducas, nulli dubium erit in eo reperiri fundantia prima omnes machinas organicas viventes esse in figuris intrinsecis moleculas suis saporibus consonis gaudentibus structa. Talium naturalis copula, & unio pariunt vitalem motum ortum, distinctum ab intus, & extra.

Et quia figurarum naturalium Elucidationes statutæ signant saporum ideas, impressiones, annexiones, & naturalem maritalem copulam, quia positis figuris in corpo solido, vel communicabilibus in fluidis, & non communicabilibus in solido corpore, semper sapores sunt consequentes speciem, & circumscriptionem figurarum, quia ex ipsis, & in ipsis figuris structura saporum circumscribitur modo tali, ut alii sapores ideentur in tali figura, & distincti ab alia diversa figura, ut ostensum, & annotandum est: Ideoque operæ pretium venit in præsenti post Elucidationem figurarum, ad saporum devenire scrutinium. Hoc magis decens est: inspectis initiis generationis cujuslibet, dùm quælibet conceptio, fœtatio, pullulatio, germinatio, verminatio, fungositas, & productio quælibet incipiat, initiumque habeat à fluidis ovariis intrinsecis, licèt ruditer figuratis, & saporosis: imò fœcundationis munus à sapore fœcundantium sedum suscipere: taliter, ac figura sit mater, saporisque sinus, & sapor in figura propria residet, & conservatur.

ELUCIDATIO I.

In Qualibet Vivente Organica Machina Saporum Naturalis Necessitas.

I. IN motu quodlibet organicum vivens continuò successivè conservatur. Fermentationes, archealis, systolicus, diastolicus, nutritivus, filtrativus motus in fluidis impellentibus, & organico operante sunt. Primus fermentans, crepitans dicatus motus consequi nequit, nisi à fluidis succis, decurrentibus liquoribus figuratis, & saporibus intrinsecis naturali indole ideatis: quorum modulatio eterogenea, tàm figurarum, quàm saporum ex copula maritali dat primas crepitationes, ebullitiones instar vinosi musti ferveſcentis mistione diversorum saporum, & figurarum in uvis sistentium.

II. Qualibet insipida fluiditate posita, ut nullus prorsùs

sùs sapor sit, uti esset pura aqua, aliudvè omninò insipidum fluidum: Ex his nullus oritur prorsùs intrinsecus fermentativus motus: omnis enim fervescens motus exposcit saporem, sivè sapores: moles figuranda multis figuris, imò innumeris figurationibus, aquea est, & uti primum insipidum fluidum capacissimum, aptumque suscipere omnes modulantes figuras, singulosque annexos sapores. Mechanica docet: distinctione, diversitate, varietate saporum intromissa aqueo fluido, tunc præbet, annotat, aptumque fit tales diversas saporizationes, fermentationes, ebullitiones suscipere. Chymia in his magistra, & nos docet. Nec unquam ullus intrinsecus motus ebullitionis, crepitationis, fermentationis, visus, aut datus à quolibet, & in singulo fluido, in quo carentia saporum esset: *sine sale* non datur crepitatio. Insipidum, quia sale caret, incapax fit intrinsecæ crepitationis.

III. Vivente organica machina, viget in ea saporum flamma. Saporis intrinsecum esse dicitur flammeum, archeale, volatile, licèt acidum, elasticum, austerum, amarum, dulce, aliudvè cujuslibet indolis, & ideationis sit. Sapor sapit motum: figura dirigit, distinguit, conservat motum. Crepitationis, ebullitionis principium: & intrinsecæ vitalitatis initium à saporibus variis in figura servatis. Sapor, motus, virescentia, germinatio, productio, nutritio, generatio, archealis luminosa accensio. Quod non sapit saporis indolem, incapax vitalitatis est, crepitationis, & motûs.

IV. Organica sit vivens moles verminosa, reptilis, aquatilis, terrestris, volatilis, sensitiva quælibet, licèt exilissima, imperfecta, fangosa eruptio; Harum omnium, singularumque non fit productionis, generationis initium, nî fœcunditate prolifica priùs habita in fluidis ovariis, sivè verminosis, oviparis, fungosis, viviparis. Sunt subventanea, vappida, inepta generationi, dùm fœcundationis munus in fluidis primogenitis ovariis deest. Fœcundum ovarium succum aliud non requirit, nisi esse saporosum, elaboratum in sede, & officina fœcundationis virilis, vel

terreo ſinu agente munus ſaporoſæ ſœcundationis: in quibus maſculeis officinis agitur opus, & munus fœcundandi, idea impreſſa, ſaporoſa, fœcundans, ut fuſiùs infrà. Initium ergo cujuslibet productionis, & generationis à fœcunditate oritur ſaporoſa. Fœcunditas, prolificatio in ſolis ideantibus virilibus ſaporibus: nec alitèr ordine naturali conſequi poſsibile eſt. Initia motus vitalis in ſaporoſa crepitatione fluitantium extant.

V. Machina ſaporum in Salino conſiſtit: Multitudo ſaporum, & fundamentum fœcundationis ſiſtunt in Annona Salini. Modulatione diverſa, & copia majori, diſtincta, & gradatione ſaporum fiunt mediocres, minores, fortes fœcundantes, & fœcundi ſucci, ad quorũ imitationem, & indolem perficitur motus fœcundativus, fervens, laſciviens, ſalax in herbis, plantis ſingulis, ac viventibus præditis, dotatis copia majori, vel minori ſaporifera. Vappidum, inſipidum, torpidum, moroſum, minuſque activum fluidum eſt, quod ſapore caret: Dices ſuccum illum ſalibus volatilibus orbatum. Gradatim fiunt veloces, celeres, mediocres, moroſæ, tardæ, cœnoſæ, & nullius, ac parvi momenti operationes in illis viventibus machinis, tàm vegetantibus, & gradatim ſenſitivis, quibus ſalium copia deeſt, vel exilis eſt. Sine ſale non ducitur crepitatio, non agitur motus, non extricantur figuræ, non bulliunt, nec ferveſcunt ſucci, & liquores. Salini, ſaporiferi ſucci motum impellentes, largam, celerem exprimunt fermentationem in quolibet motu intrinſeco, vel extrinſeco. Sufficeret hoc totum confirmare experientia contuſarum uvarum, quæ mater fermentationis in muſto ſunt. Vappidi ſi fuerint racemi, imbelles uvæ tarditatem, & moroſam fermentationem ſuſcipiunt, & minùs ſaporoſum muſtum, & vinum præbent. Fit minùs è contra: earum turgidus ſapor dat propria gradatione celeritatem ferveſcendi, & ſaporoſum ex idea, & copia ſalium.

VI. Saporum carentia, tàm in fluidis, quàm ſolidis ſingulis fert crepitationis, fermentationis, & expanſionis in ipſis imbecillitatem. In fluido naturali igne primo for-

tiſsi-

tissimum acidum est, quia primum acidum acutissimum semper in motu conservatur. Sulphure pabulo nutritur, & conservatur, non vappido, non insipido, sed oleoso salino flammeo, causa restaurationis requirentis similitudinem intèr alibile, & alendum, intèr pabulum nutriens, & nutritum ipsum. Quia acutissimum primum acidum est in igne, ideò gaudet figura acuta, & figurationibus pyramidalibus. Hinc in sulphureis corporibus mineralibus acidissimus volatilis sapor absconditur. Chymia demonstrat. Tanta sua activitate destruit, solvit omnes nexus, omniaque ligamina, ut etiam seipsum corruat, nisi conservetur in suis salinis cineribus. Ignis, esca, pabulum nitrum est, ac nitrosis salinis ideis pascitur. Sic motus in saporibus salinis volatilibus parit crepitationes, fermentationes, extricationes. Machina est vivens, quia in motu, & motus in saporibus ipsis figura servatis.

VII. Naturalis intrinsecus motus perfectivus, in singulis fluidis, & officinis perficientibus, confici nequit, nisi saporum indole, idea, extricatione. Prima officina in viventibus sensitivis est in ore, in quo masticatio, & trituratio agitur omnium comestorum. Quibus cibis trituratis unitur salivale fluidum, uti initium fermentationis chyliferæ. In bovina specie, in qua non fit totalis trituratio, & mistio salivalis succi, structa est alia sedes amasium, & abamasium dicta, exercens, agens, ultimans motu rumicationis, munus masticationis: in volatilibus, in quibus deest masticatio, data est ingluvies, sivè primus ventriculus, & secundus chylificans, ideò carnosus, & musculosus est, nimisque arctus, ut suppleant tales ventriculi numero duplicato, & structura validiori musculosa deficientiam masticationis in ipsis. In cœteris sensitivis masticatione gaudentibus miscetur cum triturato cibo salivalis succus, cujus carentia, diminutio, vel depravatio dat molestiam, officitque futuro chylo elaborando in ventriculo. Naturales varii sapores, & singuli succi naturales, tàm sunt necessarii in organica vivente machina, ut quilibet sua elaboranti officina gaudeat structa propria

simili

simili figura, & modulatione consona, ut ipsius saporosi succi præstantia, & indoles est. In ventriculo non agitur salubris chylificatio, nisi structo, modulato polycresto naturali, esurino, eterogeneo elaborato succo ex saporibus salivali, nerveo, lymphatico, subacido, sulphureo, archeali, arterioso, sovente venoso, roscido, subamaro, aliisque, quibus saporibus conficitur universale saporosum; suscipiens rudes ideas omnium succorum nutrientium naturalium necessariorum nutritioni universali: In successivis officinis, sedibus, & organicis perficitur ultima ideatio saporifera cujuslibet succi perfectiva necessaria facta in propria distincta sede, officina, & perficiente organico. Ideòque vitia, & defectus primi esurini universalis saporis, non admittunt correctionem, nec perficiuntur ab aliis officinis particularibus; nàm ad obtinendam chylificationem, necessitant tanti multiplices sapores struentes, & ideantes esurinum polycrestum; qui omnes sapores multiplices non reperiuntur in sede particulari, & per hoc defectus chylificationis sunt universales. In cysti fellea amarus saponarius succus elaboratur, & ducitur ex cholidoco vase, & copula subacidi exercet filtrationis opus in cavitate duodena intestinali. Ex glanduloso viscere, & organo Pancreatis per varios tubulos, multos canales saporizatur subacidus liquor. In motu cordiali, & sede elucidatur volatilis vibrans, archealis, flammeus, oleosus succus arterias ingrediens. In animali sede, ejusque truncis, cavitatibus, & medullari substantia cerebri, & universali sede animali ideam suscipiunt nerveam omnes delati liquores; sic enim omnes aliæ sedes perficiunt particulares sapores, ut singulo cuique sapori dicata sit sua sedes, & officina perfectiva, usque ad ultimam sedem virilis fœcundationis, & fœmineæ ovulationis. Indolem, ideam, impressionem suscipit quilibet simplex succus, & saporizatur in propria, & à sua naturali officina consona, & simili. Nec modis quibuscunque datur occasio, nisi sapore, saporibusvè vitiatis; sicuti saporosis medicamentis adhibitis peccantes succos corrigunt. Motus salubres vita-

vitales nutritionis, filtrationis, cribationis, & illuminationis perficiuntur in saporibus, succisque existentibus, præstantibus vitalem, naturalem rosciditatem conservativam ipsius viventis molis.

VIII. Necessitas saporum quanta sit in omni machina organica vivente, sat ostensum venit, anatome demonstrat. Initia singulæ generationis, productionis, germinationis, fungositatis, verminationis, crepitationis, ebullitionis, fermentationis intrinsecæ, motus vitalis, illuminativi, & singulorum particularium in saporibus ipsis figura contentis, & modulatis consona propria naturali. Gradationes omnium viventium, & non viventium etiam ponuntur in majoritate, mediocritate & exilitate operis ex præstantia majori, mediocri minori, aut exili saporifera. Salacitas, vappiditas, torpor, & omnium aliarum operationum distinctio est ex efficacia, & gradatione saporifera, non neglectis figuris consonis. Motus omnes morosi, celeres, fortes, debiles, deficientes, alique salubres, insalubres, molesti, morbosi, neutri sequuntur saporum ipsorum indolem. Censendum igitur sapores ipsos naturales necessarios esse cuilibet viventi moli, ut stabilis, vitalis, durans. Vita est motus, & motus naturalis universalis, & individuus à succis saporosis naturalibus figuratis: omnis sapor in figura conservatur, & societatem maritalem cum ipsa habet. Machina vivens ex his struitur, saporum præstantia movetur, operatur, specificat suas salubres operationes, ac etiam neutralitate gaudet.

ELUCIDATIO II.

Saporum Ortus, Origo, Migratio.

I. SAporum multiplicitas, distinctio, similitudo, varietas, dissimilitudo, oppositio, eterogeneitas, tàm ordine proprio, uti amarum oppositum acido, austerum dulci, singulæque aliæ saporum indoles; quàm ordi-

ordine, & causa multarum diversarum specierum sunt. Sapores herbarum, & plantarum multiplices, diversi. In plantis succositas eamdem indolem fert. In terrestribus, quatrupedibus, volatilibus, aquaticis, reptilibus, sensitivis perfectis est talis, uti multiplicitas specierum, & varietas specifica etiam inter partes ejusdem machinæ: In eadem specie sunt varii sapores, uti sunt, & annotantur saporiferi succi, dulces, acidi, amari, salivales, aliique. In his annotantur tales, & in variis speciebus non idem succus subacidus, amarus, salinus, dum varietatem dat amarum in pisce, & amarum in cane, in leone, in lupo, equo, urso, bove, cœterisque; licèt In & Ex cystico folliculo emanet succus amaricans in singulis his. Specierum varietas, etiam diversas ideas saporiferas parit, imprimit in quemlibet saporosum succum. Non prorsus idem acidum naturale in avibus, piscibus, quadrupedibus, nec idem amarum, salsum, lymphaticum, nervinum, &c. Saporum ergo multiplicitas, varietas, diversitas, non solum à specifico multiplicante, at quoque ex varia distincta, multiplicata, simili individuatione. In eodem leone, V. G. sapores inter se ipsos varietatem, & diversitatem retinent, ac in aliis sensitivis perfectis. Vegetantium singulæ species herbaceæ, plantiferæ, ac reptiles terrestres omnes, & volatiles idem ipsum ocularitèr demonstrant, gustumque certiorem faciunt. Specierum varietas dat diversitatem, ac multitudinem saporum variam individuis specificis distinctis.

II. Ortus omnium naturalium saporum habetur ex traduce seminali, licèt perficiatur successiva nutritione. Seminibus enim datum, concessumque est traducere ideas omnes, sensitivas tamen. Dicuntur succi saporosi ex salino insito, quod à fluido nutriente in solidum nutritum ducitur, migrat, eique adhæret. Denotantur naturales, talesque nuncupantur à naturalibus parentibus generantibus, ad quorum similitudinem naturali sensitiva maritali copula seminali, nullo artificio, nulloque ingenio, sed tantùm sensationis munere naturali à parentibus

tibus generantibus, mediante seminali fœcunditate masculea in viviparis, & oviparis traducitur saporifera moles multiplicium saporum, variorum, diversorum, eterogeneorum. In vegetativis verò seminalis specifica idea a radicibus, & in radicibus conficitur habentibus, & gerentibus indolem, ac vicem uterinam fœmineam, & fœcundantem masculeam. Igitur traducuntur, oriuntur sapores naturales à specificis seminibus, ut herba talis specifica ex herbis, planta ex plantis, reptile ex reptili, volatiles oriantur à volatilibus, & singula quælibet species suum similem saporem naturalem, copiam, indolem, & seriem requirat. Verminationes multiplices, & fungorum copia, quæ sine seminali copula, nec maritali traduce fiunt, ut infra dicetur, & clarè patebit, etiam suos fœcundos peculiares sapores exigunt. Est saporum ortus in viventibus machinis ex generantibus specificis habitus, præstantibus unà cum aliis annexis naturales ipsorum ideas.

Idealogia Iconism. VI. num. 50. & sequent.

III. Origo prima nobilissima omnium saporum fuit à Creatore Infinito in creatione Mundi; nam unà cum specie creavit omnes specificatas moles viventes vegetantium, volatilium, aquatilium, sensitivorum, cœterorumque in vastissima mole mundana creata: *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum agens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram. Dixitque quoque Deus producat terra animam viventem in genere suo jumenta, & reptilia, & bestias terræ secundum species suas. Dixitque Deus: ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & universa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui.* In his sacris paginis à summo Immenso Creatore non tantum annotatum, & datum creationis munus, & opus; at etiam omne id necessarium successivæ perpetuitati. Seminibus datum afferentibus in semetipsis sementem generis sui; scilicèt fœcunditatem in seminibus singulis singulorum generum, ac omnium specierum. Quod fœcundationis munus in

Genesis cap. 1.

Num. 24.

Num. 29.

quolibet semine conservandum esset, & hoc sapore explicatur, sine quo fœcundante nulla successivitas generationis, nulla productio, nulla propagatio specifica. Igitur prima origo saporum naturalium fuit in omni genere, in singula specie vivente à Summo Factore, à quo genera, species omnium viventium, & in his creata fuere omnia ea, quæ successioni, propagationi, & vitalitati necessaria erant, ac similitèr annexa conservationi; inter quæ non ultimum, sed necessarium erat naturale annexum munus, & consona positio saporum, tàm causa motus, quam fœcunditatis prolificantis. Sic origo prima omnium saporum data, inita primis creatis generibus, & viventibus speciebus cum onere, & munere successionis productivæ, generativæ ac germinationis, tàm traducta herbis, plantis, lignis, aquatilibus, reptilibus, bestiis sensitivis, cœterisque animantibus. Quæ successivitas, propagatio omnium specierum in fœcunditate seminum posita fuit, afferentium in semetipsis sementem generis sui, sivè in sinu ipsarum intrinseco naturali ducente propagationem, originem originatam, fœcundativam, saporiferam juxta genus suum. Omnes igitur sapores naturales cuique generi, & speciei annexi originem habent à semetipsis singulis ex inita creatione, tàm in vegetativis, quàm sensitivis variarum specierum.

IV. Migratio saporifera in præsenti scrutinio elucidanda venit. Est migratio translatio quædam ex una machina, organica solida in solidum, vel fluidum corpus in fluidum, aut à fluido in solidum, & semisolidum. Migratio naturalis multiplex: occasionalis salubris, morbosa, neutra, vel monstruosa. Est generativa ovipara, vel vivipara, vel productiva seminalis naturalis idealis. Migratio in præsenti ab organico in organico, à solido in solidum tangibilitate deferenda adhæsiva. Sunt eæ translationes, quæ ducuntur tactu, & sequenti adhæsione. In morbis tristi tabe afficientibus sufficit solus contactus à solido in solidum corpus. Sic omnes morbi cutanei, V. G. herpetis, lepræ, scabiei simplicis, & gallicæ, variolarum, morbillo-

billorum, marasmus, & alii non pauci modestia reticendi, qui penès Authores, & non semel, sed pluries, & millies observati fuere, tàm tabescentes, quàm alii cuti annexi à solido morboso corpore tangente in sanum vivens migrati fuere; imò pluries expertum venit, etiam à viventibus corporibus tales morbos migratos fuisse per contactum in vestes, aliaque usu domestico deservientia. Solo osculo, solo contactu turpi multos morbos turpes migratos comperimus, licèt tales contactus solidorum corporum fiat emissione cutanea depravati celtici, exotici invisibilis succi offendentis, at migratio semper consideratur à solido in solidum.

V. Migratio alia fit à solido in fluidum. Tanta migratio est in omnibus officinis, sedibus, organicis præparantibus, ac ideantibus succos delatos in earum cavitates, ex quibus migrant innatæ ideæ seminales naturales, quibus ideantur fluida delata. Sic in folliculo cystico felleo: in pancreatica sede: in sacculo lacteo: in hepate: in corde, singulisque officinis ideantibus organicis solidis, ac præcipuè in sede virili, in qua, & ex qua fit idea fœcundationis impressa fluidis demandatis ad testium officinam. Omnibus sedibus ideantibus impressa est ideationis modulatio, qua valeant succi delati suscipere ideam, & migrare in illam naturalem impressionem, ac ideam innatam, propriamque addictam naturalitèr tali officinæ perficienti, ex qua organica solida, migratio fit idealis in succum fluidum. Perficiuntur hæc omnia impressione saporifera habita, existente, primogenita naturali in solida organica parte, ex qua saporifera ducitur migratio idealis, saporosa in propria figura in succum delatum. Omnes officinæ organicæ, solidæ tale munus exercent migrationis idealis saporiferæ factæ à solido in fluidum.

VI. Migratio saporifera alia: estque à fluido in fluidum, & tunc talis consequitur migratio, quando fluidum ideat aliud fluidum, vel salubritèr naturaliter, vel molestè, morbosè. In omnibus celticis morbis, in epidemicis, contagiosis, vel inspiratione elastici offensivi, uti sæpè sæpissi-

mè accidit, ut nimia domestica mora facta, inspiretur venenosa elastici ideatio, vel multis aliis modis intromissa indole venenosi fluidi in fluidum sanum: uti sunt venenati morsus scorpionum, aranearum, viperarum, tarantulæ, &c. Fluidum vitiatur, morbosum, offensivum, ideat sua migratione in succos naturales, & tali molesta ideatione deturpat, vitiat, offendit fluida quibus miscetur. Quæ migratio fluidi in fluidum fit semper ex sapore ideante in saporem ideatum. Naturalis ideatio, & migratio eadem vestigia calcat, ut unum quodlibet fluidum suo sapore migrat ideam suam naturalem in delatum succum.

VII. Migratio alia est etiam naturalis fluidi in solidum, vel semisolidum corpus, tangitque præcipuè, ac exercet omnes modulationes nutritionis in vitalibus machinis. Nutritio quælibet fit à succis nutritivis roscidis naturalibus, in quibus mobile quantum nutriens fluidum semper est, & illius modulationis, & figuræ, ac saporis, sicuti exigit similitudo, proportio, æqualitas nutrientis succi fluidi, & restaurandi solidi nutriendi. Ducitur succus alibilis, fluxilis, consonus, aptus nutrire talem similem fibram, ac organicam partem, cui successivè sua proportionata figura adhæret, & paulatim à fluitante suo sapore retinetur, pascitque illam, migrat in semisolidam figuram, ut gradatim perficiatur in soliditatem, augmentum, & majorem dimensionem deferat organico nutrito solido. Hæc migratio saporosa naturalis est ex fluido in solidum. Naturalis migratio saporum semper salubris est, nam solidat, unit restaurat, conservat machinam viventem in suo perenni motu. Insalubris, dissona, molesta, morbosa migratio semper defert pravas ideationes, depravat, removet, molestat vitales motus, ex quibus vita salubris offenditur.

VIII. Migratio occasionalis alia etiam est, quæ, vel saporis molesti, & depravati est, dissipans, offendens ideas, succosque sapores naturales. Undè talis migratio occasionalis dicitur defectiva, saporosa. Occasionalis autem perfectiva, auctiva altera est restaurans, quæ reficiens, perficiens, dilucidans sapores nativos salubres, uti omnes vola-

volatiles, archeales, luminosæ, reficientes rosciditates nutritivæ habitæ ex salubribus causis procatarticis electis cibis, ac elasticis lucidis. Machina organica naturalis in multas migrationes occasionales ducitur, quæ, vel deturpant occasione molesta machinam ipsam viventem, vel eam perficiunt migratione saporifera naturali habita perfectiva nutritiva saporifera adhæsiva.

IX. Migratione tali naturali etiam afficiuntur, & ejus neutralitate vegetantia omnia, jumenta, sensitiva cujuslibet generis, & speciei. Herbæ, plantæ occasionalitèr migratione molesta offenduntur ab anni tempore singulo verno, æstivo, autumnali, hyemali, ut nonnullæ plantæ, & herbæ à dissona anni temporis activitate, V.G. nimis pluviosa, vel nitrosa, sicca, uremti, salina, boreali, ac austrina, & variis modulationibus molestis delata: Herbæ non crescunt, non florescunt, non seminant fructus: paritèr his molestiis subjacent plantæ omnes: non neglectis tamen aliis molestis migrationibus susceptis à terreo sinu, simis, & agricolis imperitis. Animalia sensitiva cujuslibet speciei, tàm ab alimentis, quàm cœli statu, & diversa habitatione, pinguescunt, vel tabescunt. Occasionales ideæ, & migrationes non minimeque parcunt vegetantibus, & sensitivis cujuslibet speciei, tàm in modulatione perfectiva saporifera, quàm defectiva. Semper enim tales distinctæ migrationes fundantur in indole saporosa defectiva, vel perfectiva fluitantium succorum. Bombyces sericum conficientes quotidiè, & annuatim annotant annonam, & inopiam serici ex solo sapore frondium molesto, vel consono, anni temporis verni proficientis, vel depravantis ideas saporiferas nutritivas.

X. Migratio universalissima omnium saporum seminalis est illa naturalis generativa ovipara, vel suprema vivipara. Migratio talis seminalis in se continet singulos individuos sapores omnium, singularumque partium generationi nascentis machinæ struendæ, tàm causa fluiditatis, quàm organicæ structuræ solidæ. Sunt in seminalibus ovulis viviparis, & oviparis fœcundatis, non solùm

sapo-

ſapores conſtruendorum muſculorum, oſſium, cartilaginum, ligamentorum, tendinum, glandularum, membranarum, vaſorum ducentium, officinarum, medullarum, nervorum, venarum, arteriarum, fibrarum multiplicium, partium ſpermaticarum, & rubrarum, at etiam partium externarum veſtientium, & ornatui deſervientium, uti capillorum, pilorum, unguium, cœterorumque pulchritudinem, ac ſimilitudinem ducentium in decenti circumſcripta cutanea ſtructura. Non prætermiſſis moribus: Tranſeunt cum ſemine mores, ſivè migrant à Parentibus in genitum fœtum: verùm etiam ideæ ſeminales migrant continentes omne id neceſſarium fabricæ viventi, tàm quoad ſtructuram, quoad opera ſpecifera, ad modulationem ſimilitudinis ſpecificæ, & individuæ; migrant ideæ ſeminales ad dimenſionem figuræ univerſalis, & particularis dimenſionis, & æqualitatis. Idearum ſeminalium jus in ſemine fœcundo exiſtens, ducit hæc omnia gradatim partibus generatione ſtruendis, ac ortum habentis ex ſaporibus ipſis ſuæ figurationi annexis, ac fluidis, impetumque facientibus, ſucciſque conſonis, lucidis, depuratis nutrientibus ſingulis, ut cuique fluido, & ſingulo ſolido tribuatur à ſeminalibus ideis, migratione ſaporifera data, omne id, quod ſenſationi, ac vegetationi capillorum, pilorum neceſſarium, conſonum, ſimile fuerit; ut initia ſeminalia ſint ſaporoſa in fœtum migrata a ſeminalibus ideis. Semen quodcunque vegetabile, V.G. tritici, fabæ, citeris, & plantæ cujuslibet id idem exigit, eamdemque migrationem à ſemine ipſo vegetante in herbam, vel plantam. Seminales ideæ eadem vi, & migratione ſaporifera operantur in ſemine fœcundo oviparo, ac in omnibus cujuſcunque ſpeciei fuerint reptilis, aquatilis, volatilis in delatione ſaporifera pullulationis circa quamlibet partem geniti pulli. Non data, ſivè negata migratione tali ſaporifera perfectiva, ſtructiva partium ſingularum, non poſſet referri, nec inveniri in fœtu genito, pullulato, germinato: nec ſapor, nec pars ulla ſaporifera ſimilis æqualis partibus generantis machinæ. Quis enim ſingulos diſtinctos, varios, multiplices

Idealog. Iconiſ. IX. n. V.

plices sapores tribueret fluidis in viventi genita machina existentibus in primo, & ex primo initiante puncto saliente, & extricante motu, nisi partes primogenitæ ideatæ fuissent in omnibus his saporibus ab idea seminali parentum migrante motu generationis tales naturales sapores in natum, genitum, germinatum fœtum? Saporum migratio, motus varii obtinentur causa nutritionis perficientis. Undè motus, origo, migratio, traductio saporum naturalium, occasionalium lædentium, salubrium, ac seminalium sunt primò primi, facti in diversa serie vario genere, distincta specie à primo Immenso Factore, tempore creationis, & successiva, continua conservatione data singulis seminibus, ad ipsa semina translata, & migrata, & ab his demandata in perpetuitatem specificam, & individuam similitudinem. Talis præcisa causa duxit antiquos Authores in illud, non spernendum axioma. *Semen decidi à toto*, scilicet ab universis partibus viventis machinæ, ex quibus sigulis partibus migratio saporifera distincta, specificatio, dissimilitudo, æqualitas, dimensio. Sapores, & figuræ succorum nutrientium sunt in seminalibus succis, ex quibus fœcundatis originem ducit migratio á toto in totum vivens organicum.

ELUCIDATIO III.

Fœcundationis Munus Undè, Quomodò intrinsecè singulis Seminantibus tribuatur.

I. FLuidum polycrestum alibile universale nuncupatum continens, servans in sinu suo ideas saporiferas singulorum succorum nutrientium ex primo seminali saporifero archeali, vitali, roscido, salino delatum, migrans motu generationis, ac indè successivæ nutritionis ex perenni continuo gyrematis motu, sivè circulationis dicto, petit, ingreditur vasa, ductus, canales, & solidas singulas nutriendo structas moleculas organicas, indè ideans, imprimens, præbens saporem naturalem, adhæsivum,

sivum, dimensivum, auctum, restaurantem machinam ipsam, quam occupat, & illis modulationibus figurativis, adhæsivis, consonis, similibus cuique parti, tali ordine, ut sua figura, moles, & sapor exigunt. Sic non unico gyremate, sed multiplicibus circuitibus ideat, ideatur, perficitur à fluidis, & solidis ipsis. Depuratur per emunctoria, & cribatur; filtrat, & filtratur, ut modò ferat ideationes suas omnibus partibus machinæ nutritæ, & ab illis suscipiat, nanciscatur ideas consonas naturales specificas, & particulares: talibusque gyrematibus pervadens, ingrediens undique machinam ipsam, tàm in canalibus, officinis, sedibus, quàm in cœteris aliis, ac fluidis ipsis, nullo neglecto: indè fiat, evadat polycrestum universalissimum, ideale omnium naturalium idearum, tàm insitarum, salubrium, quàm insalubriū, occasionalium, ex quibus fiunt hereditarii morbi migrati delati in suos filios à generātibus ex causa ideationis ipsius universalis fluidi ideati ex paternis molestiis podagricis, aliisque molestis morbis; ut indè traduce generationis deferantur in seminale, & seminalia ovaria fœminea, fluida, ac fœcundantia virilia, volatilia, saporifera sede virili testium, quibus datum est munus fœcundandi, uti sedes, organum, officina saporis problificantis: sicut singulis officinis tributum est proprium succum minus, ideandi, perficiendi hunc, non alium succum. Ventriculo tributa chylificatio, cystico vasi saponaria amaritudo, pancreati subacidare, cordi volatizare, cruoremque luminosum archealem reddere. Sunt officinæ singulæ dicatæ, & constructæ talibus propriis ideis, quibus sunt genitæ, modulatæ, auctæ usque ad propriam perfectam naturalem dimensionem; & quibus ideant, perficiuntque suos particulares singulos delatos succos.

II. Munus fœcundandi est, thesaurus perpetuitatis, & propagationis in omni genere, & qualibet specie vegetativa, reptili, aquatili, terrestri, volatili, & sensitiva, & perfectissima, mirabili, nobili, humana: non tantum exigit, requirit saporem, & indole, ac idea innumeratum liquorum saporiferorum afficitur; at necessitat, exposcit

aliquid

aliquid aliud supra nutrientes naturales saporosos alibiles succos, non parvi momenti æstimandum. Non enim quodlibet nutriens aptum est fœcundare: non enim quælibet ætas, aut indifferens mensium, vel annorum tempus fœcundationi aptum redditur: nec herbis, plantis concessum venit, nec omnibus, sed aliquibus sensitivis. Non tantùm denegatur fœcundatio ætati, at etiam diebus, mensibusque anni temporis: apes non mellificant, non favescunt, non pullulant, nisi spatio nonaginta dierum, & verno tempore: actibus nonnullis sylvestribus, montanisque idipsum accidit. Camelis, equis, & nonnullis magnis piscibus signatur tempus, non solùm in fœcundationis munere, ut impubescens ætas est; at quoque anni temporis statuta collatio, & salacitas. Fructificant, ovulant, semina producunt fœcunda, non pauca consono tempore veris, æstatis, & distincto alio. In vegetantibus, ac sensitivis tardæ, morosæ, celeresvè fiunt fœcundationes: Nonnullæ herbæ, & plantæ primis diebus vernis, aliæ æstivis, & nonnullæ autumnali tempore, & ita seminales fructus conceduntur. Saporum nutrientium, & fœcundantium lumine majori, minorivè, aut aliqualitèr cœnoso. In sensitivis volatilibus celeres aves pusillæ molis tempore veris primò primò, maritali copula afficiuntur: morosa sunt reptilia, tam in copula, ac longitudine temporis, uti testudines, cocleæ: illa pluribus horis, hæ multis diebus maritali fœcundatione morantur: pavones usque ad tertium annum non pubescunt, neque fœcundant. Pulli gallinacei tertio mense: passeres aviculæ eodem vere geniti fœcundant, & æstate nidificant: Apes pullulant principio mensis Maji, & à favis, & cellulis excluduntur, & Julii tempore ipsæ eædem pullificant, fœcundant. Pinus inter plantas, cerrus, quercus decimo sexto anno seminant, fructificant: persica, poma anno secundo: animalia perfectissima sensitiva tardè pubescunt ex magna dimensione necessaria ad perfectum statum deducenda; nam pubertatis ætas, & tempus requirunt machinæ perfectam structuram, & succorum nutrientium salacitatem. Homo perfectissima machina exi-

git decimumquartum annum. Camelus, equus, leo, aliaque animalia gradatim plures menses, & annos exigunt pro fœcundationis munere. Necessitat in fœcundatione non solum succorum nutrientium copia, luciditas, archealitas, vivacitas, at quoque structam, perfectam, fortem, stabilem modulationem, & nexum inter partes ipsius viventis molis; ac etiam unâ simul dimensionis naturalis debitam, terminatamque circumscriptionem, ac salacitatem in liquoribus nutrientibus. Quælibet singula pars organicæ machinæ debet esse apta, & capax ideare, saporizare, sapore naturali perfecto suos decurrentes succos, & cum his veluti concausis ideare, & perficere omne id, quod ex unaquaque singula parte necessarium est ad vitalitatem. His positis in machina vivente, tunc sapores nutrientes, & officinæ fœcundantes fiunt capaces fœcundari, & fœcundare.

III. Undè fœcunditas est nova impressio, & ideatio saporosa supra sapores naturales nutrientes lucida, archealis, activissima. Nova impressio supra naturales alibiles sapores; nam dantur alibiles succi reficientes in machina vivente, attamen fœcundantes non sunt ante tempus pubertatis: omnia semina, singulæ herbæ, quælibet planta, species reptilium, volatilium, sensitivorum, & cœterorum omnium vitalium intrinsecum motum habentium, indigent suprema prima saporum migratione, & traductione. Indigent etiam succis nutritivis saporosis, salinis, volatilibus: expostunt firmam, fortem, perfectamque structuram singularum partium machinam vitalem struentium: exigunt motus omnes univocos, & eterogeneos inter partes ipsas naturales, & illum universalem, specificum motum motricis fibræ, qui motus est fundamentum firmans vitalitatem in machinis; cujus motus carentia, vel imperfectio in machina, non esset operatio, non motus. Fibra motrix efficit omnia hæc, tàm in structura succorum nutrientium naturalium gyrantium, & fluentium, quàm in solida mole perficiente, elaborante, depurante motu pressivo, expansivo, adhæsivo, & expulsivo fœculentes impuritates:

ritates: omnium horum rectrix, ductrix, veluti magistra motus universalis, est ipsa motrix fibra tribuens cuique fluido nutritionem, conservationem, restaurationem, & ipsis singulis solidis fortitudinem, motum multiplicem, intrinsecum, & extrinsecum, ac durationem. Omnia hæc necessitant in saporosis nutrientibus succis, & organicis solidis, ut in machina vivente possit oriri motus fœcundationis, qui perfectus consequens est, & principium propagationis in herbis, plantis, sensitivis omnibus, ideò dantur tantæ innumeræ varietates, distinctiones anni temporis morosæ, veloces, mediocres fœcundationis. In multis deest dimensionis perfecta, firma, fortis circumscriptio, uti in plantis magnæ dimensionis, ut sunt pinus, quercus, cerrus, castanea. In sensitivis, homo, camelus, leo, equus, &c. In ovibus pavones, aquilæ. In pavonibus primum signum fœcundationis in tertio anno, quando cauda oculata jam est in suis pennis. In herbis majoris dimensionis, uti triticum domesticum, indiemem, semiplantæ, vites, dattylus usque ad perfectam dimensionem non seminant, non fructificant, carentia fluidi fœcundi: cœteræ flaccidæ, tenues, exiles herbæ in dimensione, & plantæ similes celeritèr seminant, nam earum structura perfecta, & dimensio celeritèr agitur, & perficitur, & succorum figura, saporum naturalium indoles, modulatio, ac solidorum firmitas, & motricis fibræ fortitudo celerissimo motu aguntur. Ex his causis in his tempus mensium, in illis annorum ad pubescentiæ munus requiritur. Non prætereunda in herbaceis, & plantiferis præcipua vis, & efficacia elastici, cujus lucidior, subtilior, luminosior motus efficit, fert celerem, suavem, morosum, mediocrem, vel tardissimum motum, longumque tempus fœcundationis. Homines, & sensitiva subjecta habitantia, uti herbæ, & plantæ affixæ orientali, boreali, austrino, vel occidentali parti, & habitantes dictis distinctis oris, ut & serpentes etiam, non solùm salaces, fœcundi, morosi, varieque agunt; at etiam vivaces, obtusi, insipidi minùs agentes sunt, tàm homines, quàm dicata animalia, affixæ herbæ, & plantæ.

IV. Quomodo agatur fœcundatio in viventibus, hîc annotandum venit. Sunt in omni genere, & specie viventium fabricatæ officinæ, & sedes naturales, necessariæ propriis usibus distinctis, ut singula suum, non aliud exerceat munus, ut supra dictum est, & hîc reticendum: sic ventriculo unum munus, distinctum in cysti fellea, hepate, mesenterio, pancreati, cordi, cerebro, singulisque depurantibus, filerantibus, cribantibus emunctoriis: scilicèt intestinis, alvo, vesicæ, naribus, oculis, auribus, universæ, cuti, capillitio concedendum est distinctum, diversumque opus: quibus singulis intrinsecè innatum, tributumque extat à primis seminalibus rudimentis, usque ad perfectam singulæ viventis molis structuram, figuræ, & modulationis circumscriptio elaborans, perficiens, producens, imprimens, ideans proprios succos, suosque liquores, spiritus, naturalesque sapores, eosque ducere, ac deferre aptos propriis dicatis operibus, tàm in modulatione alituosa, quàm in nexu figuræ, saporis, & motus: & tantum munus consequitur ex insita, intrinseca idea; ut non sit viscus naturale, aut officina non habens, non exercens, non perficiens proprium dicatum munus, & opus. Sic machina vivens omnis regitur, conservatur in, & cum suis officinis, succis, saporibus, figuris, & modulationibus. His ità anatomicè expressis.

V. Quælibet pars organica suum ideat, saporizat, perficit nutrientem succum, singulæque in machina existentes moleculæ idem opus naturalis ideationis ducunt in suum fluidum alibile: ex his singulis liquoribus ideatis conficitur unum polycrestum fluidum habens, ac servans in sinu suo omnes ideas similitudinis specificas, & particulares in similitudine, æqualitate, & dimensione, uti quoque retinet ideas occasionales morbosas. Tale fluidum universale nutritivum demandatur, & migrat affectum, sivè ideatum ex susceptis omnibus impressionibus à partibus singulis organicis, & à machina tota vivente: quale fluidum tantis ideis universalitèr signatum, demandatur, defertur, migrat ad officinam virilem testium ad susci-

piendum

piendum fœcundationis munus, & virilitatis specificam volatilem, archealem lucidam ideam, ac indolem; undè saporizatio fœcunditatis virilis cadit supra omnes sapores, figuras, & modulationes susceptas in singulis, & à singulis organicis partibus ipsius viventis molis, & per consequens à tota machina: tales similes multiplices ideationes tribuuntur universali pabulo chyloso à machina ventriculi, in qua, & ex qua suscipit chylus omnes rudes ideas saporiferas annexas propriis figuris: qua rudes ideæ deferuntur, & migrant à ventriculi sede in omnes officinas particulares perficientes, saporizantes, & ultimantes ideam in singulis propriis distinctis liquoribus; nam qualibet officina illum succum suget ab universali chylo, & sanguine, qui similis sibi est in sapore, & figura delatus, & indutus rudi idea à ventriculi sede universali. Pancreas surgit suum succum ultimò perficiendum subacidum: Cystica sedes retinet saponarium liquorem proximè ultimandum in oleosum sulphureum amaricantem saporem, & figuram. Simili modo, & opere segregant, sugunt, retinent suos proprios ultimandos, & perficiendos succos in sapore, & figura, uti trunci, & vasa lymphatica, nervea, salivalia in omni regione, sedes, & officinæ, tàm naturali, quàm vitali, animali, cœterisque etiam partibus solidis, & musculosis: cum quælibet signata pars ordine suo, & structura propria retineat suum ventriculum. Dicimus ventriculum illum signatum loco, & necessitate nutritionis, restaurationis, ideationis, & proprii motus particularis continuò exercendi in qualibet, & à singula parte organica vivente, & integrante molem vitalem.

VI. Quæ fœcundationis idea, & impressio fit in fluido delato, & migrato, atque ideato tantis innumeris ideis, quantæ sunt partes integrantes viventem organicam molem; quæ fœcundatio fit in officina virili testium, in qua residet sapor innatus, prolificus, fœcundans: qua ideatione saporifera fœcundante ducitur, perficitur tale fluidum universale nutriens delatum à tota machina in salinum volatile, archeale luminosum, activum, continens

nens in se tantos sapores eterogeneos, tantasque similes figuras, quantæ fuerunt partes demandantes, & eterogeneæ ideantes tale fluidum universale, ideoque tale fœcundatum prolificum universale fluidum fit activissimum ex multiplicitate saporum, & figurarum eterogenearum à tota machina fluentium, ac unâ simul activum extricans motum intrinsecum in massa illa, cui adhæret idonea capaci, specifica, vel propè specifica, uti in generatione tertii generis ex asino, & equa, similibusque datis, & monstruosis conceptionibus, ac fœtationibus.

VII. Cor universalissimum organum vitalitatis ideat, fœcundat, cruorizat totam eterogeneam massam chylosam ducendo, & perficiendo omnes rudes ideas chyliferas, saporosas, & figuratas in suum arterialem cruorem relictis singulis ideis impressis chylo ipsi à sede, & officina ventriculi, & indè per thoracicos ductus, & vasa ascendentia petenda ventriculares sinus cordis cruorizatione afficiuntur, retinendo in ideatione cruoris omnes ideas susceptas, sapores rudes, & figuras in ventriculi officina ideatas. Sic sapor fœcundans succum universalem delatum, & ideatum à tota machina tantis ideis, non aufert, quod tales ideationes non remaneant in dicto fœcundato liquore in virili, & à virili sede testiculari; quod semen dicitur.

VIII. Ventriculus debilis, laxus talem ideat chylum depravatum non lucidum, ineptum perfectæ restaurationi, & nutritioni partium. Quod evenit causa succi esurini minùs activi, lucidi, archealis, salini. Ita pariter officina seminalis prolifica fœcundans si culpa, vel vitio molesta fiat causa senectutis, impubertatis, morborum, simili quoque culpa, & defectu infœcunda fit, sapore virili minùs activo, vitioso, & depravato.

IX. Non dissimile experimentum habes in panis fermento. Fermentum enim panificium suo sapore acido volatili fœcundat quamlibet farinaceam massam, licèt eterogeneam, sola data mora, celeritate, & distinctione temporis: Tàm fœcundatur, sivè extricatur motu extricatio-

cationis, & ebullitionis massa farinacea diversarum specierum tritici, quàm farina tritici indiani, fabarum, cicerum, hordei, lolii, & reliquarum. Tale fermentum extricat quamlibet farinaceam massam, sola data distinctione celeritatis, morositatis, vel mediocritatis: Tenuis, levis, delicatior farina citiùs suscipit motum fermentationis à fermento panificio extricante. Durior, ponderosior, tardiùs; tardissimè nimis gravis, & cœnosa farina, ut gradatione levitatis, & subtilitatis figuræ, & similis saporis, talis fiat gradata fermentatio panificia in celeritate motus, mediocritate, vel morositate.

X. In fœcundatione virilis seminis in sensitivis perfectis viviparis, & oviparis cujuslibet speciei, generis, specificationis, vegetationis, & ovulorum fœcundatorum idipsum observatur, evenit, & cuique virtuoso patet. Primæ partes, quæ struuntur in ovo fœcundato sunt canales, & teneriores partes, indeque gradatim mediocres in textura, & ultimò struuntur duriores osseæ: habita etiam gradatione fermentationis, & motus crepitantis in generatione ex partium singularium tenuitate, duritie, sapore, & figura volatili, vel cœnoso saporoso.

XI. Vegetantia semina, & ovipara fluida, quæ à nobis observantur (nam in viviparis uterinis talis observatio nequaquam agi potest): habent in apice, & suprema sede ipsius ovuli, sive ovipari, vel vegetantis sedem, seu granulum in figura specifica fœcundativum, ex quo omnis germinatio, & pullulationis crepitantis motus. Tale fluidum in vegetativis semisolidum seminibus retinet omnes sapores fœcundatos, & figuras annexas; quod germen in dictis seminibus retinet vicem, & exercet munus panificii fermenti, sive fœcundantis saporis, nàm madefacto, vel à terreo sinu semen vegetans ipsum, vel elastici aërei motu, uti in ovulis bombycum, cerris, castaneis, cœpis, aliisque ultroneè nascentibus, & germinantibus. Hoc evenit, oritur quia sapores fœcundantes eterogenei in germine sistentes solvuntur, uti solvitur fermentum panificium saporosum in ipsa machina farinacia,

& tali

& tali solutione saporum facta fœcundante totam molem seminis ipsius vegetantis, parit motum extricantem in ipsa massa seminis, sivè ovuli, & ex ipso motu extricante fœcundante omnes partes seminis intus moventur ex suscepto sapore fœcundo soluto in germine ipso, & delato in omnes partes: qui motus intrinsecè movens, & fœcundans parit expansionem nutritivam in singulis partibus exilibus sistentibus herbaceis, vel plantiferis in semine ipso fœcundato, extricato; undè successivè partes augentur, & crescunt suscepto pabulo nutriente primò annexo ipsi germini, tamdiù radices germinis sinum terreum petant, à quo mediantibus radicibus sugat successivè necessarios modulatos saporosos figuratos succos in sede ventriculari ipsarum radicum. Si casu, vel occasionali causa removeatur, vel deturpetur germen ipsum, sivè capsula fœcundantis saporis, tunc semen vappescit, dilabitur, non germinat, & veluti ovulum subventaneum fit, uti sunt ova non fœcundata in oviparis ipsis: vappida subventanea dicta.

XII. In oviparis omnibus copula maritali adhæret galli, sivè maris fœcundantis semen in ovario, & ovarium irrorans, & annectitur, unitur, alligatur, veluti guttula, & capsula fœcundativa apici, sive sublimi parti ipsius fœcundati ovi, ut tempore incubationis successivæ: ipsius sapores fotu, vel alio externo fovente corpore, tale gemen fœcundum fluidis ovariis alligatum suscipiat intrinsecam solutionem fœcundantium saporum, qui sic soluti migrant in totam fluidam massam ovarium, eamque gradatim fœcundando, & extricando fiat successiva partium rudium contentarum in ovulo ipso delineatio, fabrica, & pulli ultimata perfectio: initia habendo gradatim à tenerioribus partibus usque ad ultimas duriores osseas.

Idealog. Iconis. VI. n. 54. fol. 72.

XIII. Singulis seminibus vegetantibus tributa data est officina fœcundationis, & futuræ ovulationis in se ipsis, sivè seminibus. Officina fœcunditatis saporiferæ residet in radicibus ipsarum herbarum, & plantarum. Radices enim utrumque munus exercent, & virilis fœcunditatis, & fœmi-

fœmineæ ovulationis. Succi enim omnes à terreo sinu fucti migrant in cavitates ipsarum radicum, in quibus, & à quibus in earum cavitatibus, sivè porulis modulantur succi nutritivi, veluti in utero, & ovario oviparo, in quo, & à quo suscipiunt figuram, & modulationem ovariam seminalem, licèt rudem deferendam in totam herbam, vel plantam, ut tempore debito pubescant in flores, & semina specifica. In iisdem radicibus insitus, innatusque est à primordio germinationis succus, sivè sapor volatilis archealis luminosus ordine suo herbaceo, vel plantifero: qui sapor fœcundus est, & prolificans totam massam succosam deferendam in plantam, vel herbam ipsam: facit, atque terminat, tribuitque motum fermentativum prolificum cuique parti herbaceæ, vel plantiferæ, dummodò sit tempus, & ætas firma, & fortis potens pubescere in herba, & planta; ideòque quilibet ramus, singuli stolones sunt capaces producere flores, & semina, nam in his est succus prolificus delatus a radicibus in omnes partes plantæ, sicuti nutritivus liquor: non dissimili modo, ac fermentum panificium delatum, mistura in tota farinacea massa cujuslibet speciei. Hinc radices in vegetantibus exercent munus ovulationis uterinæ fœmineæ, & fœcundationis virilis. Ambo tamen sunt ideata in succo nutritivo, tàm ovulandi futura semina producenda, quàm fœcundandi plantam totam. Iconismus sextus nostræ Idealogiæ sat totum hoc ostendit.

XIV. Quod maximè in præsenti prætereundum non est, scilicèt naturam naturantem, seù ordinem ritmicum omnium creatarum rerum in quolibet motu naturali eligere, exercere eadem media in genere, continente diversas species. Clariùs delucidatio præsentis enucleandi, &c. In generatione sensitivorum perfecta vivipara, & singulis oviparis pullulationibus, causa traducendæ speciei, deferendæ similitudinis, æqualitatis, & dimensionis individualis specificæ, actum est, ut ad obtinendam, migrandam eamdem speciem à parentibus generantibus in fœtus genitos, quælibet pars organica talis generantis vivipari, vel *Ideal. Iconis. VI.*

ovipari demandet, deferat suum succum ideatum alibilem signatum propria sua figura, & naturali sapore, ut supra ostensum, V. G. ossa demandant succum ideatum sua idea: Musculi musculosum similem liquorem nutrientem ideatum, & ità quælibet pars, sivè simplex, sivè organica totum hoc exactissimè exercet. Hinc omnes tales liquores alibiles eterogenei unà simul concurrunt ad seminalem officinam virilem fœcundantem in viris: In fœminis verò iidem liquores nutrientes ideati idea fœminea, concurrunt, deferuntur ad officinam uterinam, sivè ovarium, in qua ova fœcundanda retinent omnes figuras, & sapores singularum partium in fœmina contentarum, & ex quibus rudibus, & non visis, indè fœcundatis in quolibet, & ex quolibet ovo prolificato struuntur partes omnes machinæ genitæ. Huc redicere opus fuit hoc idem superiùs ostensum, ut clariùs innotescat in præsenti eamdem ideam, & similem operationem, actum, & motum evenire ideantibus, prolificantibus radicibus. Quia non datur migratio, & ideatio à singula parte in plantam generandam, vel herbam producendam; ideò actum est, ut in radice, licèt exilissima herbæ, vel plantæ sint omnes partes struentes integrantes herbam, plantamque ipsam. In herba, vel planta perfecta, ramo, stolone, vel totali corpore adest medulla, lignea structura, in herbis durior non lignea, adsunt fibræ, triplicatus cortex, scilicet tegens, medians, externus induens. Omnes hæ partes struentes totam plantam, vel herbam in perfecta specie, figura, & dimensione, similes sunt, observantur in tenuissimis radicibus, in quibus fit modulatio, figuratio, saporizatio, fœcundatio liquorum, & quod eterogeneum non defertur ideatum à partibus totius machinæ sensitivæ, quia hoc deficit in plantis, ideoque agitur multiplicata eterogenea ideatio figurarum, & saporum in iisdem radicibus eterogeneis, medullaribus, ligneis, corticalibus; & quod non defertur à multiplicitate fluidorum ideatorum, ideatur ab ipsis radicibus structis eadem fabrica, uti est herba, & planta, cujus radices sunt uterus ovulans, officina fœcundans. Indè est, ut insitio-

nes

nes plantiferæ germinent semina specifica similia speciei radicum, & non insitionis, ut fusissimè, & nimis clarè in nostra Idealogia ostensum est. Offensis radicibus, molestæ redduntur ovulationes, & fœcundationes seminum vegetantium.

XV. Hac causa mirabili factum est, ut semina vegetantium omnium retineant in sua dimensione ovulata totum id, quod retinetur in ovulo oviparo: tali tamen discrimine, ut in ovulis oviparis non sint structæ, sed ideatæ partes pullulandæ machinæ, & in seminibus vegetantium singulis sint, licèt exiles, sed omnes partes germinandæ, & augendæ herbæ, vel plantæ: Quibus partibus annexum fœcundum munus germinationis in granulo quodam prolifico annexo, & ligato, & intùs contento in ovulo vegetanti; ideoque hæc dicitur germinatio, sivè successiva auctio, & expandescentia herbæ, vel plantæ: In oviparis ex incubatione pullulatio, & partium singularum delineatio, auctio, perfectio, ultimata naturalis dimensio. In omnibus verò ovulationibus, & germinationibus si desit granulum fœcundativum, sivè sapor prolificus dans primum motum extricationis, nulla agi potest, neque consequi germinatio, pullulatio, fœtationis motus.

XVI. Esset hic dubitandum: utrum succus fœcundans herbas, & fœcundans plantas sit ejusdem indolis, speciei, & volatilitatis. Cui dubitationi distinctas oportet ducere rationes. In illis plantis, ac herbis habentibus similitudinem modulationis dimensivæ, & structuræ circumscriptionem, succorumque nutrientium indolem propè similem; in his sapor fœcundans in radicibus existens, & ideatus propè similis est. Confirmant hoc totum insitiones factæ plantiferæ diversarum specierum, ut malorum species domesticæ variæ insitæ in plantis sylvestribus malorum, sed non in aliis plantis: Malum non supra vitem, nec sorbus supra malum tolerant insitiones, nec enascuntur, minimèque annectuntur causa dissimilis figuræ, tàm in fluidis saporosis nutrientibus, & fœcundantibus, quàm ex causis diversæ figurationis in solidis partibus organicis planti-

feris, undè saporosus succus fœcundans sequens vestigia, & indolem sui succi nutrientis, cui adhæret, dissimilis hic, diversus, & ipse fœcundans. In plantis verò univocis, vel propè similibus causa structionis fluidorum, & solidorum modulatione possunt fœcundari ab eodem succo, uti tertia species in sensitivis, sic in vegetantibus feminibus. Fœcunditatis opus est abecedarium quoddam constans diversis: hoc litteris, & illud saporibus. In abecedario, etiam pictorio modulatio colorum diversa, & distincta fert diversa, & distincta colorata. Fundamentum fœcundationis est in saporibus archealibus luminosis diversimodè modulatis in equo, leone, simia, cane, urso, &c. & sic in ovibus quoque, ità paritèr in herbaceis, & plantiferis diversè modulatis saporibus ab hac, aliàque officina radicali unius, vel distinctæ herbæ, & plantæ, sic nutrimentum specificum ideatur, quia sapor prolificans annectitur, & cadit suprà sapores naturales nutrientes: sapor fœcundans consequitur indolem, specificamque ideam succi nutrientis, quem fœcundat. Distinguuntur, variant inter se modulati succi nutritivi, & per consequens, sapores ipsi, qui in officina intrinseca radicum diversitatem habent ex multiplicitate, distinctione, & varia specificatione. Hinc est causa, ex qua sapores fœcundantes cadentes suprà specificos nutrientes eamdem sortiuntur diversitatem, similitudinem, vel ferè similitudinem, uti proportio, & similitudo succorum saporifera inter ipsas herbas, & plantas est similis, propè similis, vel diversa, vel distans causa figurarum, & saporum, ex quibus modulatis, & copula maritali unitis oritur motus extricans, fœcundans. Quæ alibi dicenda erunt de univocatione fœcundandi, dicetur in sequentibus paginis.

ELUCIDATIO IV.

Fungorum Productio, Fœcundatio in Vegetativa Societate, unde erumpat, & quomodo fiat.

I. FUngorum eruptio non solùm ex terreo sinu, at etiam ex lapidibus recisis diù plantiferis truncis, & semiplantis: sambucus, populus, castanea, quercus, cerrus, & innumeræ plantæ, at ex viventibus extinctis publicis spectaculis expositis uti fungus capillatus usnea enascens trucidato capiti malleo fracto eruptionem pariunt. Hæc multo scrutinio indigent, nam primo undè ducenda fœcundatio, quomodò in demortuis truncis recisis, lapidibus, aliisque producucantur, & quomodo in viventibus plantis enascantur fungi, qui fœcundatione indigent, nàm quilibet fungus intrinsecè nutritur, crescit in planta, lapide, vel reciso ramo, sed corrupto, flaccido, laxo.

Idealog. Iconism. VIII. n. 44. & sequentib. Iconis IX. n. V. & seq.

II. Productio uterina seminalis univoca, dùm agitur supponit consonas figuras, sapores æquales, seminalemque fœcunditatem proportionatam: ità oritur, consequitur productio, generatio, motus fermentativus idem, undique correspondens suis primordiis initiis, ideisque generantibus. Aliam habemus generationem, non totalitèr eterogeneam, neque omninò disparem: Est hæc in aliquibus æqualitatem servans, in aliis non; uti generatio tertii generis ex asino fœcundante, & ovario equæ fœcundato: Adest aliqualis univocatio inter seminalem fœcundantem saporem asini, & fœcundatum ovum equinum. Uterus parum varius inter equam, & asinam, sapor prolificus consonus in motu fœcunditatis, & extricationis; undè fœcundata ova equina ideantur in generatione dicta tertii generis, scilicèt muli: quæ fœtatio assimilatur potiùs in structura equo, quàm asino, scilicèt in dimensione molis, & hoc oritur ex annua nutritione facta in genito fœtu ex fluidis nutritivis equæ concipientis, & prægnantis: quæ longa succorum delatio nutritiva annua facit adhæsionem

nem similem, & dimensionem magnam propè æqualem, equæ, & non asino. Prolificatio enim, & fœcundatio sequitur vestigia, indolemque, ac ideam specificam illius, a quo longiores, & diuturniores nutritiones suscipiuntur. Hinc hinnitus in mulo impressus à semine asini, uti reliquæ operationes in mulo clitellario repertæ. Idea seminalis fœcundans à specie: species fert operationes sensitivas. Nutritio ducit molem dimensivam quantam figuratam, quæ ab equa ducitur ex annua nutritione in utero facta. Assimilatur genitus mulus in dimensione quanti matri ovulanti nutrienti, & dirigitur in sensitivis operationibus specificis ab asinino fœcundante semine. His anatomicè patefactis.

III. Fœcundatio fungosa duplicitèr consideranda est, scilicèt circa fœcunditatem, sivè saporem, motumque fœcundantem ideatum ex lucido volatili, archeali, eterogeneo, saporoso, & in figuris etiam causa nutritionis indolem, ac vestigia ducendo. In fungorum seminalibus saporosis fœcundantibus succis venit totum id, quod aptum est ferre fœcundationis munus in lapidibus, truncis, plantiferis recisis, ossibus fractis, aliisque fungos germinantibus, ferentibus. In omni enim trunco reciso ramo, ducitur alimentum à radicali sinu, & officina priusquam recidatur à planta, ita ut ramus, vel truncus recisus sit succi plenus ex planta, ex qua ipsius recisio facta. Tale alibile defertur ideatum seminalibus ideis, & saporibus, ex quibus omnes ramificationes, omnesque partes ipsius plantæ prægnantes, succi plenæ erant; ideòque germinare aptæ sunt, dum virides implantentur terreo sinui. Idealogia sat patefecit. Germinant, fructificant, seminant ex saporosis seminalibus succis susceptis, delatis à radicali sinu, & officina, mediante nutritione ex structura radicum fœcundantium: tali discrimine tamen, ut si recidantur trunci priusquam planta, à qua fit recisio, non adhuc apta sit seminare, florescere, ac fructificare, tunc recisi rami germinando, vel nullimodè de cœtero, vel tardissima longitudine temporis data, usquequo perficiatur officina radicum,

cum, & etiam annosa facta raros, paucos ducit fructus ramus, vel truncus sic recisus, ex causa culpata originis, ex deficientia seminalis fœcundantis saporis primò non delati: Neque fungos producunt tenelli racemi, stolones, & recentes ramificationes recisæ à recentibus infantilibus plantis. Nec usneam ferret fungosam caput fractum recisum antè annos pubertatis ex eadem causa, & deficientia non delati saporis seminalis fœcundantis. Est igitur ducenda in recisis ramis plantiferis nutritio ideata ex seminalibus prolificis saporibus. Sic tota plantæ machina succiplena, turgens, prægnans est in singula parte causa nutritionis succi alibilis, plantiferi, seminalibus fœcundis ideis signati. Alia ex parte enucleanda venit universalis nutritio habita continua, successiva in qualibet plantifera parte, quæ non solùm secum ducit, & fert succos alibiles nutrientes totam plantam; at etiam ducit omnes figuras modulantes æqualitatem, proportionem, symboleitatem succorum, & solidorum, decurrentium liquorum, omniumque solidorum restaurandorum. In omni delatione, migratione traduntur nutritiva vegetantia, associantur, uniuntur, adhærent, copulantur nutritivè figuris, & iis figuris, quibus firmatur planta in sua specie, & unâ simul traduntur cum ipsis succis nutritivis à radicibus seminale, saporosum fœcundans, prolificans quamlibet exilissimam partem ipsius vegetantis plantæ: ità talitèr talis succus plantiferus non solùm gaudeat, & afficiatur idea nutritiva, at etiam sit ideatus seminali fœcunda idea ex causa annexionis, & simultanei saporis residentis in radicali officina; nimirùm duplex agitur munus reficere succos nutrientes, suum vegetans herbaceum, vel plantiferum, ac etiam aliud munus, eosdem succos ideare idea seminali fœcundante fructifera: Hoc secundum munus fœcundandi dat, fert ætas pubertatis in quolibet vegetante vivente: His anatomicè elucidatis tàm in sensitivis tertii generis, quàm in plantiferis vegetantibus, esset explananda idea lapidifica, fungosa, & excogitare quale fœcunditatis munus sit, à quo semine, ex qua officina in

lapi-

lapidem ducatur, dùm fungi producuntur lapidei. Fœcunditatis munus in lapidibus sequentibus ideationibus erit in lucem, dùm agetur de fungosis ex terreo sinu ortis.

IV. In vegetativa fungorum eruptione concurrunt duo necessaria, & primum unum nutritionis ex succo plantifero apto, modulato: alterum est seminale fermentum saporiferum ideans, movens, ebulliens, extricans, fœcundans succos alibiles plantiferos. In his sciendum est: utrumque ideatum reperiri in truncorum, ramorum recisione, scilicèt & nutrientem succum, & fœcundantem saporosum liquorem, sed in modulatione Neutralitatis, ut fungorum alimentum, & fœcundans fermentum sit ex radicali sinu plantifero delatum: at verò in productione fungosa sit modulatio neutra, sit alibile nutriens plantiferum parum discedens à naturali nutritione. Est in sensitivis præternaturalis dictus in machinis morbosus. Omnes excrescentiæ, singula tubercula, nodi, anteromata, melicerides, & cœteræ præternaturales fungositates in machina sensitiva crescunt, sed morbosæ. Sunt auctæ succis nutritionis non sapientibus ideam naturalem, indolemque salubrem. In plantis enascuntur fungi, sicuti nodi, & aliæ excrescentiæ morbosæ in sensitiva machina. In plantis senescentibus, cœnosis recedentibus à naturali indole plantifera, initium oritur putrescentiæ, laxitatis in fortitudine, figura, modulatione, & sapore, sed non totalitèr vappescunt, aut raucidi fiunt; nàm si truncus, ramus, planta totalitèr vappida fiant, & insipida, tunc nec fungus, neque aliud, licet præternaturale enascitur, causa carentiæ omnis succositatis alibilis, etiam neutræ, ac omni sale, & sapore priventur: quorum remotio, & totalis carentia non dant motum, neque vitam ferunt, etiam morbosam: Vermes in mortuis machinis producuntur, dum præest succorum, licèt molestorum annona. In aridis, siccis, vappidis, undique mucidis, nullus succus, nullus sapor, nullus motus. Nutritio qualiscunque ideat impressione seminali in sensitivis, & vegetativis machinis

chinis partes omnes, ideòque semper in earum structura retinent seminalem ideam extricantem fœcunditatis motum. In truncis, ramis viridibus recisis, non aridis adhuc viget seminalis sapor, & nutritivus fœcundans. Sic explanatis: clara est elucidatio, præsentis petiti. In quotidiano usu zibeti, mosci, & omnis fragantis oleosi, suavis, vel insuavis odoris in arca, domo, vestibus, &c. ex solo tactu, sola mora parvi temporis, reliquiæ odoris fragantis, vel insuavis servantur: ita etiam fœtidorum fumus, tactus, relinquunt ideam suavem, vel molestam. In nutritionis ordine, & duratione non unica dies, non unus mensis, nec annus sunt: seminales, fœcundi, nutrientes succi tamdiù decurrentes ideam duxere in singulas plantiferas partes; ideòque non mirum, si diù, multisque annis conserventur ideæ nutritivæ, & seminales in recisis truncis, & ramis dùm fungos producunt. Undè est, & oritur, ut quilibet truncus, & recisus ramus capax sit germinare, dum adhuc proprio sinu retinet aliqualem archealem, ordine suo, succum fœcundantem, aptumque parere germinationis motum.

V. Vegetantia singula, sensitiva, & omnis modulationis, & speciei existentia in triplici ordine reperiuntur, sivè statu, scilicèt salubri, neutro, & morboso: operationes omnes vitalitatis tales modulantur, qualis est ordo, in quo reperiuntur. Salubres operationes in omni machina, tunc fiunt tales, quando consona sunt fluida nutrientia, & solida organica in figuratione, & sapore undè motus oritur vitalis salubris: Sin verò in statu neutro quælibet vivens machina occasionali causa ducatur, tunc etiam similes neutri deducuntur motus. Ultimò si morbosa vitalis machina quælibet ex causis molestis præternaturalibus fiat, tunc operationes quoque molestæ, & morbosæ patrantur ex figuris, & saporibus dissonis, ex quibus præternaturalis morbus insurgit. Omnia hæc fundantur in fluido nutritivo alieno, neutro, salubri. Ægrotant plantæ, trunci recisione facta à propria planta, salibusque saporosis nutritivis afficiuntur: tunc fungos producunt

dependentes, &c. neutra, vel morbosa nutritione facta ex vitiatis figuris, & saporibus: in machina sensitiva deducto, affecto morbosè fluido universali nutriente, producuntur in machina ipsa sensitiva, in statu neutro posita, & turbercula, tumores, & tantæ innumeræ aliæ excrescentiæ, fotæ, nutritæ à pravis, neutrisque succis nutritivis peccantibus in figura, & sapore naturali: Obit machina vivens sensitiva, & verminescit in suis partibus, & tales edit vermes, quales sunt laxæ, flaccidæ figuræ, & recessus, alienati sapores. Non dissimilem notam modulationis, imò eadem vestigia signat machina vegetans in statu salubri, neutro, & morboso, uti annotant machinæ sensitivæ morbosos, neutros, ac salubres status.

VI. Societate habita maritali inter figuras, & sapores, talis intèr fungos productos, & plantas, oritur mechanica naturalis observatio similitudinis inter fungus ipsos, & plantam fungosam, cui fungus adhæret, ex qua enascitur. Usnea humana dat primum clarum documentum: Germinatur usnea fungus in osso capitis temporali fracto ex ictu carnificis ferreo malleo. Tale osseum membrum injuriis anni temporum expositum: post multos annos enascitur aliquandò, non semper fungus usnea dictus, habens figuram, & structuram capillitiam, diciturque capillatus fungus. Talem nanciscitur figuram capillatam, quia nutritur iisdem relictis succis nutrientibus olim tempore salutis capillos. Evenit, ac accidit, uti nonnullis traditum est ab historiis, capillos augeri etiam post mortem, & hoc non alia causa, nisi ex ea, quod pili, capilli sint vegetantis indolis, & sequantur ideam, ac modulationem nutritionis semifungosæ: sunt excreta cutanea, quæ radicali mo dulatione ideatis præbent in nutritione defectiva similes figuras. Cerrus, quercus, castanea, vetustissimæ avellanæ, sorbus, pinus, multæque aliæ plantæ proprios distinctos fungos donant.

VII. Undè assimilatio fungorum plantis ipsis in figura fit ex succis nutritivis plantiferis, licèt alienatis à rosciditate naturali plantifera. Nutritio fungosa, quamvis defecti-

fectiva sit, servat tamen aliqualem indolem similitudinis in figuris, & saporibus. Sapit fungus quilibet similem saporizationem suæ plantæ, ex qua enascitur: austerus, ponticus fungus ex castaneis enascens rubicundus, uti sunt succi expressi à planta castaneæ; & figuram linguæ donat, uti sunt figuræ frondium castanearum. Albus, mollis, suavis fungus germinandus, enascens ex populo, quæ alba planta suaves dat succos, & rotunda figura, uti frondes. Quæ omnia assimilantur suo naturali vegetanti: qualis planta in figura, & sapore, tales similes producit fungos. Figura non totalitèr destruitur, neque sapor in defectiva nutritione neutra, vel morbosa: si omninò deficerent, nullimodè nutritio fieri posset neutra, vel morbosa. Podagra, lepra, morbo celtico, aliovè laborans Genitor, vel Mater, talibus molestis, defectivis, occasionalibus ideis, & causis alienatur aliqualiter nutritivus succus; at per hoc non deficit totalis nutritio, & dimensio in machina geniti infantis, licèt defectiva, morbosa sit. Sapores, & figuræ plantiferæ fungos nutriunt, licèt aliqualitèr alienentur, sed non totaliter. Ideationes nutritivæ depravantur, non omninò alienantur. Fiunt capilli, pili albi in senibus, sed non totaliter alienantur succi nutrientes pilos, vel capillos: data enim totali alienatione nulla oriretur nutritio, nec neutra, nec morbosa, sicuti accidit in vappidis, putridisque plantis, ramis, radicibus, ossibus, mortuis singulis. Fiunt fungorum eruptiones in plantis ex succis nutritivis, saporosis, fœcundis in modulatione defectiva nutritionis. Alit, nutrit chylus morbosus in defectivo statu, non perfectivo, non salubri; at nutrit indole sua, & tales dat ideas nutrito corpori.

VIII. Et quomodo fiat fungosa germinatio ex prædictis, non obscurum est elucidare. Omnis productio exigit fluidum, ex quo struatur, exposcit Fœcundum extricans; necessitat uterus continens, aut uterinam cavitatem æmulans. In fungosa singula productione hæc non desunt (sed primario non neglecto in omni generatione, germinatione, productione universalissimo Aëreo elastico)

cum generatio omnis, productio, germinatio, motu intrinseco agatur in fluidis extricatis, & nutritione, structione, delineatione, modulatione. Singula hæc motu fiunt, motu indigent, motu perficiuntur, motu solidescunt, motu vivunt, motu durant, & motu omnes operationes aguntur. In omni exili machina naturali, vivente, morbosa, neutra, monstruosa sunt fluida, fit nutritio, modulatio, delineatio, structura, motus fibræ motricis: quæ omnia motu intrinseco aguntur. Elasticum aëreum semper in motu, licet gradatim facto; nàm illud, quod movetur ab intrinseco elastico inspirato, vel alitèr intromisso movetur. Quod movetur, annexum elastico est, & sine elastico nullus motus, ut valeat ad convertentiam dicere, vivit, movetur, ergò elasticum habet: Adest elasticum, ergò motus licèt exilis. Penès scholasticos anatomicum axioma: Impossibile est viventem non respirare, & respirantem non vivere. Motus elastico peragitur intrinsecus, & privatione ipsius, demortua moles dicitur. Lucidior demonstratio elastici necessarii cuilibet intrinseco motui, ostenditur ex gradatione luminis, spiralis archealis, volatilis salini, & lucidi elastici. Regione cœnosa crassum elasticum: luminosa in regione, sagaces viventes, sapidi fructus, saporosæ herbæ, & plantæ: Sic activitas, operandi, celeritas, mediocritas, morositas, tarditas præcipuam agnoscunt concausam ipsius elastici gradationem. Quod perficit, & necessariò perficit, modulat, & distinguit operationes in motu ipso; quanto magis necessarium est ad fundandum, initiandum, perficiendum, conservandum motum ipsum?

IX. Quomodo enascantur fungi in dictis molibus plantiferis osseis, &c. opus est huc deducere ovarium fluidum, fœcundum fluidum, uterum continentem talia fluida, & elasticum ipsum universale. Fluidum universale in fungosis germinationibus delatum est à radicali structura plantæ adhuc viventis, vel alias: Fœcundans sapor est annexus simultaneus cum succis nutrientibus: qui inter se annexi alibiles, & fœcundantes elaborati in radicali officina,

ficina, sivè chylifera sede fuerint. Uterus, cavitas fungosa reperitur in omnibus poris, sivè cavitatibus plantæ, in quibus fit, aut facta præcedens nutritio ipsa. In ipsis cavitatibus moratur fluidum nutriens fœcundum in se, ibique ovulatur, & veluti concrescens in ovulum ducitur. Jucundum sit inspicere radices fungorum initium non habentes à minutis exilibus ovulis, sivè racemulis similibus acervo verminoso: ibi initium habent ovula fungorum similia æmulantia acervum ovarium in gallinis, in quibus milliaria granula repræsentantur, & producuntur, quæ paulatim augentur, deveniuntque in perfectam dimensionem ovariam. Necessitat in oviparis fotus incubationis, at in productione fungosa tot radices, quot sunt ovula ipsa deportantur, sivè sistunt in cavitatibus plantæ, ossis, &c. & ibi elasticum aëreum suo lumine, suo archeali universalissimo fovet, movet, & elasticitate sua solvit salia contenta, sivè sapores morosos in fluidis fœcundis plantiferis, & osseis, & parit motum extricationis, & crepitationis, undè initiat successiva nutritio. Hoc totum confirmatur ex seminibus pluribus, scilicèt ovula bombycis, sivè fructus castanearum, cerrorum, aliorumque ex sola aëris elasticitate solutis salibus ipsis, crepitant, germinant, crescunt, augentur. Videmus fungos enasci statutis temporibus æstivis primis pluviosis, vel autumno, vere; at raro hyemali anni tempore ex causa elastici minus lucidi, archealis salini moventis, extricantis, solventis salia. Uterus, cavitates, fluida nutrientia, ova, fœcundatio ex ipsomet fluido sunt: incubationis fotus præcipuè ex elastico universali fit.

X. Fiat fungus ex præcisis his; at neutralitate nutritiva gaudere debet, figura consimili, sapore non alieno. Ideæ seminales non omninò deperduntur in structis moleculis organicis, nisi totalitèr alienatis ab indole sua naturali, & præternaturali quoque: dùm tanta venit alienatio, nulla possibilis productio fungosa, vel verminosa.

XI. Crepitat fungus ex suo radicali ovolo, non minùs, ac crepitat pullus ex ovo suo exclusus: sic semina

vege-

vegetantia singula germinant, uti triticum, hordeum, faba, cicer, &c. Sit satis ostensa fungorum productio in vegetativa societate universali.

ELUCIDATIO V.

Eruptio Fungorum ex sinu terreo, qualem Fœcundationis Ideam agnoscat.

I. ERuptio fungosa non unius speciei, sed multiplicis ex terreo sinu extat. Universa mater fungorum terrea moles est, cui adhærent veluti maternis mammis lactiferis: concessum, datumque est fungos alere, & ab utero seminalem ovalem ideam trahere, ut tempore suo pullulatio fungorum excludatur. Indigent sinu terreo materno: fœcundantur ab assidentibus, enascuntur, crescunt, augentur, specificantur ex ovariis diversis in specie, saporibus, figuris, modulationibus majoribus, vel minoribus in numero, uti sunt plantiferi sapores lapidei, ossei, ramisque enascentes. Quod mirum est in tantis speciebus fungosis, qualis unquam tanta varia fungorum semina terreis sulcis dedit. Qui fuit dotans terram innumeris varietatibus, distinctisque speciebus eam effecit. Verbo venia detur. Quale agens tantos sapores, dispares figuras, fœcundantes succos germinantes excogitavit? Talem eterogeneitatem qui fovet eam colens, qui perfecit sapor, & quæ modulatio circumscripsit innumeras tales figuras? Tyronibus, & parum in mechanica, & vera philosophia versatis, minimèque edoctis difficile, & arduum venit, scitu spinosum talia elucidare, scrutari, enucleare. Perito Philosopho novum non est talia solvere, ostendere, patefacere. Qui figurarum, saporumque vim, modulationem, motum, extricationem noverit, hic claro calamo talia demonstrare idoneus.

II. Fungorum initia ut pateant, scire necessitat, terreum sinum universali polycresto fluido aqueo continuo irrorari, & fœcundari: In hoc dubium non est. Tale aqueum

aqueum primum fluidum, omnibus, singulisque saporibus, ac salibus ideari posse, uti de facto ideatur, certissimum est. Omnes herbæ, singulæ plantæ, & vegetantia In, & Ex terreo sinu nutriuntur, aluntur, augentur, firmantur ex nutriente fluido, attamen modulatione nutritionis propriæ. Dixi (nutritionis, & modulationis propriæ) multæ herbæ, & non paucæ plantæ saporibus acutis, salinis, amaris, austeris, ponticis, dulcibus, urticosis, & aliis multiplicibus consonis, æqualibus, proportionatis figuris indigent pro earum simili nutritiva naturali indole, & sic restaurari, augeri, firmari, alitèr si in diversis locis non consonæ illuminationis, & solaris irradiationis, tunc parum crescunt, nec nutriuntur, nec firmantur. Multæ plantæ, & herbæ petunt aspectus orientales: nonnullæ agnoscunt occasum: non pauca meridiem: aliæ quærunt boreales auras. Elastico universali modulante sinus terreos diversimodè in saporum, saliumque varias ideas mistione, copula, & luciditate elastica facit, evenit, ut gradatim loca tali varia, multiplici, diversa illuminatione afficiantur copiosa salium annona, & gradatione. Hinc modulatio, sapores, figuræ talitèr ideantur ex terreo sinu, ut non sit inveniendus, sivè reperibilis sinulus, etiam lapillosus non affectus, non prægnans, non continens suam indolem saporiferam salibus dotatam, diversisque ideatis succis in eterogenea ipsorum salium, saporum, figurarum copia; ut si chymico malleo, igni, alambico committantur variæ terreæ pulveres, molecularæ, non dant eamdem salium indolem, at diversam, uti distincta erunt loca meridionalia, borealia, occasum, vel ortum respicientia: quorum modulationem fœcundat, ideat elasticum ipsum. Agricolæ sat experientia edocentur, eligendo loca, fimorum species, anni temporis distinctionem in colendis herbis, plantis, & fimorum varietatem signant. Ità animalia terrestria, plumosa ducuntur naturali indole petere loca diversa, cibos varios consonos propriæ speciei, & omnia hæc exposcunt distinctionem locorum, etiam in piscibus, ac reptilibus ex elastico illuminante eterogeneo in ideatione torrida,

da, mediocri, pauca, algida, & similibus, quarum distinctarum illuminationum diversitas dat modulationem, indolem, ideam, saporem, figuram, & durationem ipsam gradatim, & diversam.

III. Ex salibus sapor, ex saporibus fœcunditas, ex fœcundo productio, germinatio, generatio, verminatio, pullulatio, vitalis intrinsecus primus extricans motus puncti salientis. Fœcunditatis annona in multiplicatione, eterogeneitate, & copia salium existentium actu absconditorum in terreo sinu, in quo dictorum salium similitudo unitur, copulatur, & ibi accidit fœcunditatis annona. Vidimus quotidiè loca abundantia cineribus, sivè salibus copiosis, & fimo, ibi herbarum copia, salacitas, at illius speciei herbæ enascuntur, qualis est salium similitudo, circa ipsas herbas. Vermium, lumbricorum ovatio, pullulatio in his fimosis locis conspicitur. Incolæ tali modulatione salium, seu fimorum utuntur ad perficiendas herbas has, vel illas. Similitudo salium, sivè saporum fert speciem: copula salium ducit fœcunditatem. Omnis specificus sapor requirit, exposcit similitudinem, nam ex sapore primo specifico traduntur omnia ea concurrentia, & necessaria in fabrica talis specificandæ machinæ. Sapor dissimilis non fœcundat fluida sibi non consona, quoniam sapor ducitur à figura, & est in figura, & ipsæ figuræ sunt diversæ in machinis disparibus; ideoque inter ipsas dissimilitudo. Sapores nutrientes, nec etiam generant, sivè producunt fungum in alia dissimili planta. Fungi quercini non generantur in ficibus, populo, sambuco. Diversus sapor, distincta figura: In illis fert aliquandò speciem tertii generis sapor, inter quæ adest aliqualis consona similitudo. Institiones plantarum sat nimis probant, ac demonstrant tale elucidatum. Pete nostram Idealogiam. Copia igitur salium, sivè saporum deportat fertilitatem, fœcunditatem, & similitudo dat hanc, illamvè speciem.

IV. Simu terreo servantur salia omnia herbacea, plantifera, & specificationes multarum: in quibus salibus duo consideranda præcipuè inter alia multa. Primum est salium,

lium, copiosum, ac magnum sepulchrum, in quo singula salia sepeliuntur, resident, cinescunt, absconduntur, aliter nunquam, nullimodè fæcunda terra esset, neque germinationibus apta mater esset. Est enim universalis uterus, sivè sinus omnium ovulationum vegetantium terrestrium: ex quo sinu ducuntur omnia ovula consona singulis germinandis; & quia ovula supponunt sapores, salea, & figuras singulorum vegetantium: est indè, ut tantâ copiâ, talique multiplicitate salium sit prægnans terreus sinus, & capax reddatur præbendi quamcunque ovulationem vegetativam ex copia eterogenea contenta, abscondita in suis ventriculis, terreisque sinulis. Uterus universalis est salium omnium vegetantium, nam cuique suum dat ovatum fluidum saporosum, ad cujus ideam, & similitudinem germinat specificatum vegetantem. Sapor requirit similitudinem salium semper, uti dissimilitudo diversitatem: similibus conservatur in sinibus terreis, sicut & eterogeneitas in multiplicitate. Undè similitudo, & dissimilitudo dictorum salium diversas pariunt species. Multoties plura salia uniuntur, acervantur, simulque miscentur, & tunc motus talis germinationis oritur, quia crepitatio fit in eterogenea solutione salium. Advertendum tamen venit similitudinem salium intelligendam esse non modo, & ordine univocationis simplicis, sed compositi structi. Unus homo similis alteri in figura, unus leo similis alteri leoni, &c. Similitudo productiva salium semper intrinseca conservat eterogeneitatem, aliter crepitatio, & motus extricans fieri non posset, quoniam solutione eterogenea salium, & eorum mistione, & copula insurgit motus crepitationis, uti in uvis contusis mustum, vinumque ideantibus, sic etiam alii succi expressi herbacei, salini, crepitationis motum habentes ex solutione, & eterogenea copula mistionis; qua solutione, & mistione eterogenea posita, motus fit extricationis. Intelligitur ergo similitudo salium in præsenti, uti sunt omnes sapores in fluidis nutritivis, quæ fluida nutritiva dicuntur habere similitudinem, sivè capacitatem earumdem figurarum, eorumdemque saporum.

Similitudo igitur in præsenti tenenda, & dicenda illa in salibus terreis, quæ similis dicitur in generationibus aliis habitis ex nutriente alibili succo. Sunt similia in specie producenda, at non in unica simplicitate, V. G. sapor salsus solus, solus austerus, solus amarus, solus acidus, at illi naturales eterogenei apti uniri, copulari, & motum vitalem initiare, ducere, conservare, nutrire, restaurare, quæ dicitur similitudo productiva, generativa ex salibus ipsis. Salia, sapores dicuntur machinæ similes, non parti. Sapores similes, quia capaces nutrire machinam, illamque restaurare, & in generatione fœcundare. Dissimilitudo non consideranda, nec manet in eterogeneitate, sed improportione, uti sunt sapores in specie vegetativa dissimiles ab aliis speciebus sensitivis. Alterum non prætereundum est, scilicèt in sinu terreo ultra dictam annonam salium moventium singula, & affixa enascenda vegetantia; est fœcundantium opus deductum, contentum in sinulis terreis: Ad cujus dilucidationem habendam sit:

V. Terreo sinui addicta sunt loca lucida, lucidiora longioris illuminationis, mediocris, brevis, meridionalis, occidentalis, orientalis, & borealis. Observatur ex his varietatibus horizontis terreus sinus fœcundior in meridionali illuminatione, minùs fœcundus in occasu, minimus in boreali, æqualis in Oriente, indèque affixæ, & enascentes plantæ, vel herbæ saporosiores, uti & fructus, sic etiam dulciora poma, & salina, & semina in illis vivaciora, minùs verò in boreali, & gradatione facta fœcunditatis juxtà proportionem illuminationis solaris, uti inopia, vel annona herbacea, plantifera, & fructifera habita ex universalissimo elastico, & motu illuminationis longioris, mediocris, ac diminutæ. Hinc manifestum venit, quod potens dare duo, vel tria, magis potens est, & sufficiens donare unum: qui capax est ducere centum, sine dubio aptior est donare decem: ideòque auctio salium, ut quinque apta est, & potens dare duo. Fœcunditas est auctio salium prolificantium suscipientium totam activā gradationem auctivam ab elastico universali magis illuminante, ex quo fœcundum,

cundum, fœcundiùs, fœcundissimum. Oppositum minùs fœcundum, vappidum, infœcundum ex deficiente parva, vel brevi illuminatione elastica. Sinus terreus sic variè illuminatus, & ab elastico modulatus fit fœcundus, fœcundior, fœcundissimus, uti etiam in opposito. His astronomicè notatis:

VI. Qualem fœcunditatem possit tribuere terrea moles suis contentis salibus, non multum laborandum venit. Horizontis, polaris altitudo gradus Zodiaci, anni temporis verna, æstiva, autumnalis, hyemalis mutatio, roscido majori tempore præcipuo veris, auroræ horis cadente, quo irrorantur suavitèr omnes sinus terrei, plantæ, herbæ, omniaque elastico universali subjecta hæc producunt, ferunt sapores salinos fœcundos ipsis terreis sinulis, sivè uterinis cavitatibus ovantibus. Dum salia terrestria similia copulantur, modulantur, tunc terreum ovulum salibus prægnans duriusculum construunt, habitis concausis anni temporis verni, roris majoris, & elastici universalis solventis salia ipsa terrea irroratione pluviarum, vel ipsius roris; tunc saporum, ac terrestrium salium tali nodulo terreo, sivè ovulo salibus pleno, & prægnante fit motus extricans, efficax movere, ac ebullitionem parere, quod fit salium solutione in dicto ovulo terreo, & fœcundantibus succis una simul contentis in dicto nodulo, & hìc agitur primus motus extricationis in dicto ovulo, sivè ovulis fœcundis; non minùs, ac accidit in ovulis fœcundis oviparis ex fotu, & incubatione habita. In fungis terreis, terra ipsa est fovens uterus, & incubatio: nodulus salium unitorum est moles succorum fœcundata: quæ fœcundatio copiosior, celerior, efficacior oritur ex proportione, copia, & multiplicitate saporum seminalium ordine speciei fungosæ. Hìc non omittenda observatio in eruptione fungorum in sinu terreo. Quilibet enim fungus cujuscunque speciei sit, semper erumpit ex nodulo, sivè ovulo duriusculo sic elaborato, & acervato ex copula terrea, & salibus, ut gustui patet saporum indoles: tali nodulo, sivè ex tali ovulo enascitur fungus, & fert illam speciem, quam salium similitudo

tudo continebat: alligatur semper fungi radix tali exili ovulo, ex quo enascitur, surgit, & patefactis grandescentibus radicibus, alimoniam ab utero materno terreo, & grandescentiam suscipit dimensivam. Illius specificationis fungi sunt, uti salia contenta in eadem dimensione ovaria. Observantur eodem plano terreo plures species erumpentes fungorum, & hoc evenit ex varietate salium ovulatorum in distinctas ovulationes, ex quibus species diversæ: Fœcundatio initium speciei in generatione est ab organo, & officina specifica exercente fœcundationis munus. In eodem spatio enascuntur variæ, diversæ species fungosæ ex utero fœcundante terreo, salino diversis, distinctisque saporibus prægnante, movente, elastico universali, etiam accidit omnium varia eruptio fungorum.

VII. Fœcundationis ideam, & nutritionis fungosæ delationem fundatam esse in modulatione saporum, saliumque residentium, ac crepitantium in sinu terreo, mediante elastico universali movente, solvente, & luciditate in ipsis sinibus terreis, non solùm copiatam simultaneam, similitudinis indolem, at etiam eterogeneitatem specificam uniendo, ut ova, nodulos consonos, terreos, salinos uniendo, sicuti in uteris oviparis multitudo duorum multiplicium, fœmina ovulante, sic in fungis terreis sinus varians, & modulans suo motu incubationis opus exerceat, & elastici efficaciam suscipiendo sensim, gradatim exclusio fungosa, ovula noduli ipsi struantur, quales observantur in principio cujuslibet radicis fungosæ, ex qua enascitur veluti ex ovulo fungus, & ex ipso paulatim suscipiat, sugat ex universali utero terreo alimoniam usque ad debitam dimensionem, perfectamq; expansionem. Experientia magistra ocularitèr edocet. Similitudo eterogenea in his necessaria cuique speciei, ut patefactum pluries est. Vermes enascentes in fungis, servant dimensionem inter seipsos, uti vermes crepitantes ex diversis speciebus caseosis, ovilla, bubula, caprina, &c. In ideatione fœcunditatis, & productionis fungorum servata est eadem modulatio, quæ servatur in diversis speciebus verminosis, tàm partium diversarum, quàm specierum.

VIII.

VIII. Ideam agnoscit quilibet fungus suam specificam uterinam fœmineam ex matre terrea, cui enascuntur, qua sepeliuntur ovaria fluida sapientia, & figuram aqueam; ac indolem, ex cujus irroratione, uti ex primo fluido aqueo elicita, modulatio, illuminatio diversimodè obtenta salinæ fœcundationis oritur varietas, & multiplicatio in similibus terreis. Artefacta iisdem metallis, lapidibus, lignis variam ferunt, multiplicemque structuram causa modulationis diversa. Idem alibile cibarium chyliferum in ventriculo equino, leonino, humano, dùm elaboratur in diversis ventriculis, diversas suscipit ideas. Non easdem ideas, cibus idem recipit in ventriculo humano, ac equino, leonino, &c. Sic & idem fluidum aqueum irrorans sinus terreos, diversimodè ideatur ex ipsis salibus diversis contentis in sepulchro terreo. Ideam agnoscit quilibet fungus à propriis ovulatis salibus hujus, vel alterius speciei. In sinu universalissimo terreo sepeliuntur omnia salia diversimodè modulanda, germinanda, enascenda, fructificantia, producentia semen suum. *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum agens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram, &c.* Germinatio à terra: ipsa terra germinando movet succos suos contentos: succi non moventur, nisi saporibus, & figuris modulatis, quibus motus extricans fit. Non dantur sapores sine salibus, imò sapores specificantur à salibus ipsis: Est igitur germinatio quælibet à salibus. Germinatio, quia supponit motum intrinsecum nutritionis, & fœcundationis; ideòque dum terra germinat herbas, ligna pomifera necessaria, habere debet omnia, & quæ necessitant germinationi. Germinatio exposcit nutritivos succos, sed fœcundatos, sine qua saporosa fœcundatione nullus datur, nec possibilis motus germinationis, undè semper terra continere debet, dùm germinat, & ut apta sit germinandi, sapores fœcundantes multos varios distinctè modulandos, in specificas fœcundationes. Tribuitur hæc à salibus, à quibus sapores fœcundati, & in distinctis sinulis terreis ovula, sivè nodulos fungosos

Genesis cap. 1.

extri-

extricandos tribuere, uti sunt figuræ matres saporum, quibus multiplicatis, & modulatis oriuntur distinctæ variæ species.

IX. Agnoscit crepitatio fungorum ex sinu terreo fœcunditatem modulatam ex elastico aëreo, quo fluidum primum multiplicitèr variis salibus afficitur, figuris, & saporibus annexis, fiuntque nutritiones, fœcundationes, ovulationes cujuslibet fungosæ speciei ex similitudine, eterogeneitate, & varia illuminatione, locatione zodiaca, solari, salina. His fertilitas, annona, vappiditas, & carentia seminum, & fructuum, quæ varietate climatum, & concausæ occasionalis anni temporum fiunt defectivæ, vel profectivæ fungosæ eruptiones.

ELUCIDATIO VI.

Sensitivorum Generatio Necessitate Naturali Initium habet à Saporibus.

I. SEnsitivorum generatio vivipara, & ovipara à fluidis obtinetur. Fluidis genita nutriuntur, his perficiuntur, iisdem vivunt, conservantur, moventur, durationem habent. Ipsis molestis, depravatis, diminutis, deficientibus, perit machina vivens, ægrotat molesta in suis operibus. Omnis generatio à fluido seminali sua petit initia: Universali fluido in figuris, & saporibus diversimodè modulato nutritur, vivit singula vivens moles. Nec soliditatis organicæ munus, dimensionem, nexum, structuram qualemcunque nanciscitur organicum, nisi fluidorum nutrientium adhæsione concentrica, intrinseca, & figura adhæsiva, ac suavitate saporifera ipsorum fluidorum habita. Omnis speciei viventia in aquis, aëre, terrestri mole, ac sinu, non exclusis etiam metallicis, augentur, vegetant, sentiunt, & etiam modo suo gerunt operationes, ac durationem vitalem ferunt ex intùs susceptione alibilis nutrientis, & roscidi liquoris similis, æqualis, specifici in sua textura, & modulatione adhæsiva, & nu-

& nutritiva. Fluidum naturale nutriens delectabile, & jucundum, quia roscidum luminosum, adhæsivum est: Sugitur à naturali nutrienda parte, quia jucundum: Jucunditas non nisi à sapore habetur: Retinetur, & adhæret concentricæ à figura, nàm remota figura æquali, & simili adhæsio non fit concentrica: ex depravatione figuræ intèr nutriens, & nutritum: si sapor dissimilis molestus non fugitur, undè nulla nutritio naturalis firma salubris, sed morbosa contingens.

II. Generatio initium sumit à nutritivis succis: succi, & liquores nutriunt quia sapore affecti: Sapor sequitur figuram: figura, & sapor ducunt, & extricant motum: qui motus multiplex est, attamen generationis in præsenti elucidandus motus. Idealogia sat edocet. Est motus generativus sensitivorum ex prolifico fœcundo seminali, in quo veniunt multa consideranda fœcundata fluida ovaria, vivipara intra uterum concipientis fœminæ, & successivæ gestationis; aut ovipara intra ovarium à mare fœcundante, ut tempore suo exclusa foràs, incubata, & pullulantia ova. Qualiacunque ova, & fluida ovaria vappida, & subventanea sunt, non accedente, & annexo seminali fœcundante fluido masculo, undè motus generativus est à succo, & fluido universali apto, & tempore suo modulato in saporifera idea, & indole fœcundativa. Hinc considerandus est generativus motus agens in, & ex idea seminali masculea, licèt à fluidis ovarii fiat structura partium viventis machinæ, & in ipsis reperiantur rudes absconditæ partes, struendæ, perficiendæ successiva modulatione gestationis tempore in viviparis, & sota incubationis in oviparis: attamen nullus agitur extricationis motus, nisi intimè annexum sit seminale aptum fœcundum fluidum. Fœcundatio à sapore, ut infrà.

Idealog. Iconis. XXI. num. XIV. fol. 417.

III. Necessitate naturali est reddendum succum moventem extricantem fluida ovaria fœminea, & ad talem extricationem initiandam, & perficiendam, requiritur salinus, volatilis, lucidus, archealis sapor movens intrinsecè, & continere opus est in se omne id, quod naturalitèr

tèr ex se movetur, vel movere potest, quale hoc? Igneum est, & illud igneum, quo pascitur, quo fit, quo nutritur, quo durat, & quo sulphureo alibili archeali agitur motus ipse. Omnis motus intrinsecus in fluidis, & solida motrice fibra est ex fluidis impetum facientibus volatilibus, igneam indolem, & ideam habentibus. Sit motus qualiscunque, semper in his, ab his, & cum his naturali copula unitur, annectitur: ut deficientia, carentia, depravatione, molestiâ in illis data qualicunque, statim motus vappescit, minuitur, depravatur. Extat igitur necessitate naturali motus initians, durans in pabulo igneo radicali, archeali, volatili, oleoso sulphureo, unde salacitas, vibratio, turgentia solidæ motricis fibræ dum tali luminoso, oleoso, sulphureo archeali fibra prædita est.

IV. Naturali viventi, cuilibet machinæ initium dat motus generativus: dicitur generativus, quia utriusque generis fluida requiruntur, & maris, & fœminæ: dicendus etiam generativus, sive initiativus, quia initia gerit. Qui motus primus extricans est in volatili, salino, oleoso, sulphureo, quibus conficitur, ab illis oritur, & in illis conservatur; quæ volatilia, oleosa sulphurea, lucida, archealia, aliud non sunt, nisi perfectissimi sapores. Salsum, oleosum, sulphureum, acidum volatile specificantur à sapore, & sapor dat sua eterogeneitate ebullitionem; ideòque in omni initiante intrinseco perseverante motu, necessitant eterogenei sapores, & figuræ consonæ saporibus ipsis, ut continua salium solutio fiat; & ebullitio. Motus generativus est in fœcunditate positus, & fœcunditas oritur, & durat, & conservatur in saporibus ipsis.

V. Initium manifestum patens, verum, certumque retinet motus generativus à fœcundatione maris tempore consono, sivè pubescentis ætatis, non flaccidæ senilis, vel puerilis: quibus annis flacciditas fluidorum, non dant fœcundationis munus ex carentia oleosa sulphurea, volatili salina lucida in saporibus. Hoc unum sufficit. Est intrinsecus motus, ergo adest elasticum movens volatile.

Adest

Adest elasticum, ergo motus. Fœcunditas est in motu ex saporibus eterogeneis, elasticis, & cum ipsis concipit intrinsecam ebullitionem. Moventur diversa fluida à seminali fœcundante fermento, in quo talia volatilia, & eterogenea fermentantia saporifera sunt.

VI. Habet sua principia quodlibet seminale fluidum à singulis nutritivis succis machinæ illius, cujus fœcundum est; & ex omnibus illis partibus ideam, & indolem saporiferam suscipit, undè migratio similitudinis, dimensionis specificæ, & omnium occasionalium idearum. Fluidum seminale fœcundum ex succis purioribus luminosis nutritivis struitur: omnes alibiles liquores saporibus naturalibus, & distinctis affecti, & cum ipsis saporibus migrant, transeunt, traduntur in seminale fluidum: iidem sunt in officina masculea fœcundante, & ipsi ideam prolificam suscipiunt, novumque saporem nanciscuntur, qualem retinet fœcundantem officina ipsa virilis fœcundans. Est enim in ipsa officina saporifera fœcundatio, uti zibeti, mosci impressio in diversis liquoribus unitis, atque annexis, vel mistis. Omnes liquores cujuslibet speciei ideantur ab ipsa zibeti, vel mosci fraganti oleosa idea, ut gradatione quilibet succus fœcundetur à mosco, vel zibeto. Liquores succique varii nutrientes saporosi decisi, & delati ab universa machina vivente, & singulis partibus, in officina virili talem succum fœcundantem suscipiunt, ideantur, ut potentes fiant concipere, & præbere saporiferum motum extricationis, lumen illuminans omnia subjecta.

VII. A saporibus ergo initium habet omnis sensitiva generatio, ovipara ovulatio, & etiam germinatio ex copula maritali fœcundantis saporis ex mare in ovum oviparum, scilicèt à gallo, vel ovum viviparum intrà uterum: quo seminali sapore, vel in liquores ovarios, vel in fluida vivipara fœcundatio fit gradatione speciei, & individui, tàm in reptilibus, serpentibus, piscibus, volatilibus cujuscunque generis, vel speciei: habito motu extricationis ex fœcundante sapore, undè generatio-

nis initium à saporibus necessitate naturali viventia singula desumunt.

ELUCIDATIO VII.

Organum Fœcundationis tribuens saporem prolificum, Necessitat in Sensitivis.

I. ORganum fœcunditatis concessum radicibus in herbis, & radicibus plantarum. Datum fungosis terreis propriæ matri à salibus, & ex salibus, prægnanti annexo moventi elastico. Non negatum truncis, ramis recisis, & fungosis ex nutritione fœcunda delata à radicibus in ipsos ramos, truncos, & fungos. Verminosis etiam dicatum. Traductio fœcunditatis exposcit propriam sedem, officinam, proprium viscus. Nobilioris, & altioris gradationis sunt sensitiva, & perfectionis fabricæ; ideòque majori necessitate, & indigentia eis dari debet, & signari, ac determinari officina fœcundationis. Pluries, passimque superioribus paginis ostensum venit, qualem sedem ponendam in sensitivis, ut modulatio, & fœcundatio seminalis fluidi fiat. In præcedentibus paginis occasio data, ut alia dilucidari possent. In præsenti brevitèr de tali sede fœcunditatis in sensitivis dicendum.

II. Fœcundationis sedes in sensitivis necessitat, uti est necessaria propagationis successiva perpetuitas. Propagatio successiva specierum ab Altissimo condita fuit: *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum agens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram, &c. Dixitq; quoque Deus, producat terra animam viventem in genere suo Jumenta & Reptilia, & Bestias terræ secundum species suas, &c.* Ex his necessarium erat, ut propagationis successivitas fieret, esset patefactum, signatumque organum, cujus beneficio propagatio specierum subsequi posset: quia maritali copula hæc fieri debebant, ideò utraque sedes, & vera officina necessaria foret: In fœminis una, in maribus

Genesis cap. 1. n. 24.

ribus alia. Mulieribus concessus uterus, datum ovarium: Viris terminata testium fabrica, structa officina fœcundationis: Quorum duorum consona annexio, & maritalis unio ferunt successivam propagationem cuique sensitivæ speciei.

III. Tribuens fœcundationem organum, multiplicitèr, scrutinio ducendum: Qualem figuram retineat, & quare talem. Cujus indolis sit fabrica sanguinea, an verò alia spermatica, & qua causa. Quibus fluidis fiat, & propter quam necessitatem. Figuram retinent ambæ sedes organicæ, & fœminea fœcundanda, & masculea fœcundans: Oblongam parumper ovalem rotundam, uti figura capacior omnibus aliis figuris perfectior rotunda est, quia æqualitèr expandi, ampliari, distendi, grandescere opus erat in gestatione vivipara, & productione vivipara, indè necessarium fuit, natura opifice, perfectiorem figuram eligere, construere, & perficere: licèt reptilibus oblonga parum sit, sed rotunditatem non relinquit. Necessaria rotunda, nam ovulis ipsam similem ovalem figuram tribuere debebat, causa longitudinis in reptilibus, talemque dimensionem retinere opus erat circumscriptam: quoniam omnes aliæ figuræ includendorum fluidorum, & perficiendorum organicorum, nec æquales, nec consonæ erant fœtationibus struendis, tàm ex causa capacitatis majoris, quam struendarum machinarum. Figura nobilior, & capacior concedenda erat officinæ virili fœcundanti, ut est testium structura, qua tali modulatione, & idea fœcundarentur ovula similis figuræ, tàm vivipara, quàm ovipara. Tanta nobiliori, aptiori, capaciori figuratione gauderet, & tantis gyrematibus, complicatisque tortuositatibus subjacere; & ne lapsus seminalis esset celer intempestivus, & ut magis perficeretur in suis circularibus canalibus, & tortuosis cavitatibus fœcunditas seminalis. Testes foras causa castrationis, & in his casibus omnis alia figura odiosa, & molesta esset. Cavitates officinæ fœmineæ ovulantes gaudent simili figura, similique modulatione ovali: concessa æqualis

figura in sua singula specie, & testibus, & utero.

IV. Saporem proprium suum eligit omnis officina, tàm ovaria, quàm fœcundativa. Quare hæc ambo organa non sint indolis rubræ, ac musculosæ, & habeant indolem spermaticam in viris testes, & in fœminis uterus? Fortior, & robustior musculosa officina est, quia sanguine nutritur polycresto univoco universaliori totius machinæ, & dùm esset utraque officina tantùm necessaria propagationi, successioni, & generationi videbatur construi fortioribus fibris, & validioribus, ac vivacissimis succis. Attamen non his, sed spermaticis fibris structa videntur talia organa, & officinæ generationis. Causa fuit, quod si musculosa rubra indole structa fuissent, potiùs officerent, quàm perficerent eorum munus, nam:

V. Prolificum fœcundum saporosum est illud fluitans, gaudens necessitate naturali tot figuris, tantis saporibus, quantis indiget construenda vivens machina, undè annona universalis est in motione extricativa, cui competit necessariò tanta eterogeneitas saporifera. Testibus, uterinis cavitatibus insunt præcipui canales, & ductus illorum succorum impetum facientium, scilicèt nervei, lymphatici, arteriosi, aliique, ut salia, sapores omnes machinæ deferantur ad sedem generationis, cui succurrunt, deserviunt, ut tantum opus generationis consequi possit: debet esse organum non ultimatum nutritionis, sed officina, & organum delationis, & traducis fluitantium succorum omnium ex tota machina. Si ergò esset musculosum, & rubræ, sanguineæ indolis organum, & officina prolificans, tunc omnes succi nutritivi lucidi, forent sanguinei, & quia sanguinei adhærerent nutritioni organicæ, uti ultimatum nutrimentum, musculis delatum, ipsique organo adhæreret, uti ultima nutritio restaurativa. Alia causa, quia omnes officinæ perficientes, ideantes plures succos, & deferenda fluida membranacea, spermaticæ sunt ex præcipua causa, quia debent sapere indolem canalium, & ductuum deferentium. Uterus in fœminis, virilia in viris deferentia organa sunt, tàm ovariorũ succorum, quàm fœcundantium.

Pri-

Primus inspiciendus est ventriculus chylificans, & chylum demandans: Pancreas subacidando, & subacidum deferendo: Lymphatici trunci lympham perficiendo, & ideando, illamque in machinam deportando: Salivales, nerveæ sedes, & animales officinæ capitis eadem opera perficiendo, sunt ejusdem indolis. Cor musculus cruorizat, & quia perenni motu systolico, & diastolico semper continuò successivo, ideò musculus est causa fortitudinis: primum movens, ideans semper in motum, debebat fortissima fibra musculosa, & obliquis retortis conoidalibus ligatis figuris construi, ut tantùm perenne laboriosum opus necessarium exerceret, & natura, sivè modulatio universalis fibræ motricis non deficeret in tanto necessario, hinc dedit sequentes annexos canales magnos arteriosos, in quos funderet elaboratum cruorem statim, semper, continuò, aliàs repentè supprimeretur suum opus spirituum, cruorisque archealis. Reliquæ officinæ elaborantes alios succos dant aliqualem moram ipsis etiam elaboratis, ut chylo ventriculus, subacido pancreas saponario cystis fellea: lucido elastico nerveo succo organica nervosa sedes animalis: Lymphæ, salivæ, aliisque similis conceditur locus à suis officinis, sed cordi nulla mora longa.

VI. Necessitat in succo seminali fœcundando spermaticum organum, nàm si musculosum foret, vel veniret sibi fluida delata sanguinea, vel statim post fœcundationem expellere deberet per ductus immediatos, & canales, nec esset sedes conservationis fœcundantis seminalis succi, nàm elaboratum semen continetur in propinquis cavitatibus, & spermatica sede, non uniens sibi ideatum, elaboratumque fluidum, ut illud deferatur necessario propagationis operi.

VII. In propagationis nobilissimo opere construendo, & perficiendæ speciei debitum foret proprium, terminatumque viscus construi, cui innatum foret, fixumque annexum, perenne fermentum fœcundationis, non minùs, ac massæ, & modulationi farinaceæ panificium fermentum ideans subaciditate saporifera sua fermentanda, licèt diversarum specierum. Fermentum panificium talis indolis,

lis, & efficaciæ, ut sua fœcunda ideatione massas quascunque farinaceas, sivè triticam, indicam, fabaceam, hordeaceam, cœterasque aptum ideare, movere foret. Seminalis succus dispares liquores, saporesque delatos à singulis partibus organicæ molis ideare debet, & diversæ indolis, scilicèt osseos, cartilagineos, musculosos, tendinosos, membranaceos, glandulosos, medullares, cœterosque singulos delatos operæ pretium erat, & necessitate naturali oportebat distinctum, firmatum, terminatum, modulatumque organum fœcundationi consonum construere in sensitiva vivipara, & ovipara machina: in quo elaboraretur, quo conservaretur, ex quo decideretur seminale fœcundans propagationi successivè necessarium fluidum.

VIII. Sensitivis concessa fœcundationis sedes, tàm necessaria, & terminatio non omittenda ipsius, in qua tàm nobili sede, si quidpiam molestum foret ex occasionali, vel altera intrinseca causa, statim molesta, debilis, vel nulla agitur fœcundatio. Patitur, subjacet morbosis molestiis, uti omnes aliæ nobiliores officinæ, quæ morbis subjacent, occasione molesta data præternaturali defectiva. Recisio, castratio, remotio talis sedis, & officinæ, tàm in viris, quàm fœminis, nõ solum propagationis opus aufert, sed talis machinæ castratæ, & fœcunditate carentis, inspicitur morbosa obesitas, uti in eunuchis, vocis gracilitas, virilis roboris deficientia, & debilitas usque ad enascentiam pilorum. Quæ obesitas in sensitivis brutalibus evenit ex nutritivis succis morosis parumper factis ex deficientia fœcundi saporis fœcundantis, qui suo archeali lumine, celeriorem motum, filtrationem, ac depurationem ipsis nutritivis liquoribus deferebat, undè vivacitas operationum, & transpiratio cutanea copiosior ex omnibus fluidis motu fœcundativo, & idea affectis oriebatur. Cœnosi, crassi, & majoris dimensionis, ac obesa fiunt fluida ex castratione, & remotione talis sedis fœcundantis in omni specie, ex causa signata, ex deficiente luminoso archeali prolificante. Prædictis elucidatis, nimis latè patet, quanta sit necessitas officinæ, & sedis organicæ fœcundantis in viris, & ovulantis

in

in fœminis ipsis. Statuto tamen tempore pubertatis, & remota ultima senectute: quibus ætatibus motrices fibræ, & officinæ, singulæ moles, flaccidæ, & vappidæ extant.

ELUCIDATIO VIII.

Ovaria sedes, & cavitas organica in sensitivis, quibus struatur fluidis.

I. OVaria officina fœmineo sexui concessa fuit, ut matris munera materna daret, & maritalis generationis initium esset, successivisque fœtibus, enascendis filiis, propagandis speciebus foret. Viris fœcundationis organica data sedes, ut perfectum opus generationis initiis, & propagationis successivitate gauderet. Mulieribus massa prolificanda tributa: oviparis volatilibus, reptilibus, cœterisque ova extra uterum excludentibus, & aquam degentibus innumeris speciebus remota vipera, tarantulis, grillis, locustis, exilissimis fimosis animalibus non denegata ovaria sedes. Omnia ovulant, singula concipiunt, nec ulla ovipara species ab ovulatione remota invenitur. Initium enim muliebri sexui initum fuit, ut tempore pubertatis debito ovulare posset, & illa ætate apta, consona generationi. In multis perfectis sensitivis annorum, aliis mensium decursus necessitat: In nonnullis imperfectissimis, uti suprà expressum est, scilicèt vespis, muscis, apibus, passerunculis, araneis, post paucos dies, vel mensem ovulatio concessa. Dùm ovulant ovipara, tunc etiam sedem, ovarium, cavitatem uterinam perfectam retinent, in qua, ex qua concipiunt, perficiunt, excludunt ova infœcunda ex carentia specifici fœcundantis maris, aut fœcunda ex copula maritali habita in cavitate uterina fœminea concipiente. Sedes ultima, & prima ovaria capacitas: ultima perficitur in sensitivis ipsis omnibus, dùm cœteræ singulæ omnes jam perfectæ sunt partes; ideòque pluribus annis indiget, & mensibus in cœteris exilibus oviparis. Ultima est causa locationis inferioris in regione naturali.

turali. Prima attamen est, quoniam ab ipsa, & in ipsa prima initia cujuscunque generationis sunt. Prima in ipsa ovaria fiunt, fluida ducuntur ab ipsa modulata, ovata, figurata constructa; ideòque prima generationis initia ex ovaria sede oriuntur; nec maris fœcunditas, neque fœminæ salacitas ullimodè confert, aut generatio agitur, si ovaria sedes desit, vel remota fuit, uti in castratis, suibus, aliisque animalibus, equis, &c. vel sterilitatis vitio, vel ovariæ sedis culpa aderit. Massam ædificii viventis præbet ovaria cavitas, in qua tantum fundamentum omnium succorum, ac singulorum fluidorum ideantium in quanto dimensivo figurato extat. Locus locandi, generandi, fundamentum ædificans ideas rudes machinæ. Initium dimensionis specificæ quantæ, & partium struendarum in dimensa mole vivente organica. Ovarium recipit succos generationi aptos: ovarium retinet liquores generationi necessarios. Ovarium figurat fluida ipsa, & ovulat. Ovarium nutrit, auget, perficit ruditèr, delineat, ideat. Ovarium receptaculum seminalis fœcundi saporis, ex quo prima fiunt vestigia, initia, & fundamenta motus generativi. Ovarium est prima, & ultima sedes: ultima perfectionis, & modulationis necessariæ generationi actæ. Prima est, quia initium, ex quo generatio omnis est.

II. Sedes maritalis copulæ in oviparis, in quibus ovarium suscipit fœcundationis motum, ac saporem, undè feruntur foràs, & motum extricationis ex incubatione suscipiunt. In viviparis officina ovulationis, fœcundationis masculeæ suscipiendæ, gestationis successivæ peragendæ, ac delineationis, & modulationis perficiendæ, ac structuræ totius genitæ machinæ sensitivæ ex continua successiva nutritione tributa ipsi utero gerenti, mediantibus canalibus singulis necessariis à tota machina universali usque ad perfectam dimensionem organicam viventis, partu excludendi tempore debito naturali vario distincto cuilibet speciei signato. In qua sede vivipara uterina fit ovulatio, fœcundatio, delineatio, nutritio, succorum nutrientium delatio in suis figuris, & saporibus naturalibus ideatorum,

& tàm

& tàm fluidum universale alibile, quàm singuli naturales succi successivo motu partibus omnibus machinam integrantibus deferantur, tàm causa generationis perficiendæ, ad ultimandum fœtum, & ipsius exclusionem, sivè partum ordine debito, quàm ad tribuendam specificationem, similitudinem, dimensionem individualem genito concepto, gestato, excludendo fœtui. Est sedes universalis generationis, in qua, ex qua propagatio initiat, perficitur, specificatur, in lucem prodit.

III. Est cavitas uterina tabulis aptis modulata, figurata tempore pubertatis: quale tempus pubescendi, etiam signatur in herbis, & plantis, quando initiant seminalem germinationem, & ovulationem, sivè cavitatem uterinam in ramis designatam ex ortu florum. Dùm florescunt gemmæ, sivè apparent uterinæ cavitates in vegetativis, tunc signatur in ipsis pubertatis tempus, uti motus mensalis in viviparis menstruantibus, & in oviparis ovulatio: aliquibus viviparis, sivè humanis perfectissimis foras demandatur in pilosis, lactiferis, salacibus intùs, ut œstro salacitatis denotatur, & dùm fibra motrix jam perfecta universalis valida fortis est, tunc salacitas, pubescendi tempus in viventibus sensitivis, & vegetativis agendo ovulationem aptam perfectam ex fortitudine universalis fibræ motricis in tota machina, & per consequens in ovulante sede.

IV. Organica, & non simplex cavitas debet esse uterina, nàm ovarium, & ovorum productio agnoscunt pro eorum basi, suisque fundamentis, & initiis generationis liquores nutrientes singulos sistentes in tota machina, singulisque illius partibus; etiam illos, qui ad decentem ornatum conferant, uti sunt capilli, pili, ungues, cicatrices, nevi, aliique ferentes jucundum ornatum. Organica cavitas ex multis causis est. Nàm organizatio, & modulatio multarum partium distinctarum proportione structarum, indè unum constantium organicum debet multis similibus strui partibus. Organizantur ovula, fœcundantur, delineantur, fœtumque organicum designant, construunt; ideòque agnoscere debent organicam ipsam uterinam se-

dem. Uterus mater generationis, in quo conceptio, delineatio, nutritio, partium viventium organicarum fabrica, & vitalium operationum initiativa sedes, ergo organica.

V. In sensitivis talis ovaria sedes distinctionem parit, quoniam in viviparis ovulatio intrinseca intùs semper est in cavitate ipsa organica uterina, in qua concipiuntur ova, in Falloppianis tubis, & tempore fœcundationis deferuntur in cavitatem ipsam, cui adhærent, alligantur, ibique salientem punctum extricativi motus concipiunt: crescunt gradatim fluida ovaria ipsa causa nutritionis delatæ à tota machina per canales primo rudes, & successivè perficiendos venosos, arteriosos, nerveos, lymphaticos, singulosque naturales: sic successivè augetur fœcundatum ovum utero alligatum, & unâ simul delineantur partes omnes integrantes machinam, augentur, perficiuntur, nutriuntur usque ad debitum tempus partus. In sensitivis oviparis ovaria sedes concipit ova, & ea perficit, in figura intrinseca, & extrinseca; suscipit in ipsam sedem à mare prolificum succum, qui alligatur ovulis, & perfectè modulatis à fœmina tribuitur exclusio: quibus in ovulis oviparis cujuslibet speciei, reptili, aquatili, volatili, verminosæ, locustæ, cœterisque serpentibus, excepta vipera, tribuitur cibarium alligatum, sive vitelli massa pro successiva nutritione usque ad exclusionem pulliferam.

VI. Quibus nutriatur fluidis, tàm sedes ovaria, quàm ovulatio ipsa, nullus dubitat, tàm ipsam officinam, quàm ovaria ipsa nutriri illis fluidis à tota machina delatis concipientis matris, tàm necessitate propriæ nutritionis, quàm genitæ ovulationis fœcundandæ; attamen sedes ovaria organica indiget suis præcisis succis nutritivis sibi consonis, quibus perficitur, nutritur, restauratur. At verò concepta ova ipsa veniunt, & nutrita sunt illis succis consonis similitudine figuræ, & saporis habita inter alibile nutriens, & fluidum ovarium ordine modulationis figuræ, molis dimensionis, & distinctæ similitudinis.

VII. Struatur qualecunque ovum in cavitate uterina, illud

illud non crescit, non augetur, non extricatur, nisi prolificatio fiat, & fœcundatio in ipsa organica, ovaria, uterina, vivipara sede: qui extricationis motus introducitur, datur fluidis ovariis ex fotu ipsius officinæ viviparæ, sensitivæ perfectæ, cujus præsens sermo. Gradatim successiva delineatio, modificatio, annexio, figuratio singularum partium fit. His fit rigorosa, diciturque vera vivipara generatio sapiens indolem nutritionis, conceptionis auctivam, & motus vitalis initium.

VIII. Fluidis universalibus nutritur ovaria sensitiva vivipara sedes, tàm salubribus naturalibus, quàm morbosis molestis, monstruosis, & occasionalibus. Ovulantes uterinæ ovulationes suscipiunt; & deferunt similitudinem quamlibet in specie, & individuis contentam: morbi hereditarii, occasionales, & casu delati etiam ex utero, & ovulatione migrant. Utero gerentibus aliquandò ex solo visu, inspectione, alicujus objecti monstruosi, concipiunt monstruosos similes fœtus: occasionales ideæ deferuntur à fluidis ideatis in cavitatem uterinam, & ovulatum fœtum, qui nutritionis causa suscipit easdem ideas naturalitèr, vel morbosè, vel monstruosè impressas occasione forti in ipsis fluidis nutrientibus tali figura, & sapore affectis: quæ fluidorum impressio, & ideatio modulat succos ipsos in machina sistentes, similemque ideam illis imprimit. Pictoria colores modulatione diversa conficit diversas, multasque imagines. Abecedarium multiplicitèr modulatum innumeras, diversasque dictiones defert: sic in solidis sola figurarum, saporumque modulatio diversa parit diversas ideas. Ab hac occasionali ideatione non excipiuntur vegetantia semina, nec brutorum conceptus, ut in equis coopertis indumentis diversi coloris in copula maritali multotiès, si non iidem, saltem consimiles concepto fœtui traduntur. In sacris paginis Jacobi oves. In viviparis igitur ovariis, & uterinis cavitatibus non pauca veniunt signata, & consideranda circa ovulationis, generationis, nutritionis, organizationis, modulationis, fœcundationis, ideationis naturalis, morbosæ, occasionalis neutræ, & mon-

Idealog. Iconis. VIII fol. 109. nu. 36. & seq.

ſtruoſæ traducem: & quoque ſingulorum fluidorum naturalium veniunt figuræ, & ſapores, quorum modulatio, delineatio, ſimilitudo, dimenſio, æqualitas, proportio variè diriguntur in vivente machina, & migratione ab hac facta in ovaria fluida, & cavitatem uterinam; extricant gradatim, ideaſque ducunt ſaporiferas, & figuratas genito fœtui, qui ſuo ſyſtolico, diaſtolico motu, ac fibræ motricis fotum hoc ſuis perficiendis partibus ſucceſſivè tribuit.

ELUCIDATIO IX.

Sapor Fœcundans in Senſitivis, an idem, vel Diverſus ſit?

I. SApor fœcundationis munus agit, quia archeali, luminoſo eterogeneo gaudet ſtatu: Roſciditate excellenti efficitur, archealibus ſuccis puriſſimis, filtratis, depuratis, ideatis conficitur: quibus conſervatur, movetur, nutritur, & eterogeneas ducit operationes impetum facientes in ipſa vitali machina. Dubium in præſenti venit, an in ſenſitivis ejuſdem generis brutalis valeat idem ſapor unius ſpeciei, V. G. equinæ fœcundare reliquas ſpecies, V. G. leoninam, lupinam, caninam, ovillam, caprinam, urſinam, cœteraſque alias brutales ſpecies in genere brutorum. Similitèr an in genere volatilium ſemen gallinaceum ſuo ſapore fœcundante aptum ſit prolificare ſpeciem pavonis, columbæ, anatrum, anſerum, turdorum, aliorumque volatilium ſpecies. Sic reptilia, piſces, aliæque ſpecies, ſimilitèr ab eodem ſapore fœcundari poſſe, & copula maritali obtineri.

II. Fœcundans ſapor, quamvis fœcundans ſit ex archeali luminoſo eterogeneo ſuo eſſe: at in ſpecifico ſuam primam agnoſcit ſedem; quæ ſpecificatio non pauca diſtinguit, nec majora ſpernit in ſua generatione neceſſaria. In generatione non ſola requiritur maritalis copula, ſaporis fluidi fœcunditas, ſuccorum naturalium ſimilitudo ſpeci-

fica

fica in, & ex saporibus, & figuris modulatione motus, & proportione organica maris, & fœminæ posita: quæ proportio multotiès dat locum tertiæ generationi, uti in asinis, & equis, in lupis, & canibus, similibusque monstruosis disparibus in specie: quia proportione genitalium, tertii generis partus, & fœtus generantur. Licitum sit pro tali proportione, & similitudine hùc sequentem traducere historiam. Franciscus Patritius libro de Regno, & Regis instructione lib. III. fol. mihi 210. refert, quod in India venatores Indi mistum genus canum summopere laudant: proindè tempore coitus fœminas canes in sylvis ligant, ut ex tygribus concipiant: Idem de lupis Galli faciunt; quibus geniti greges optimè custodiunt. Hinc canes ferociores fiunt, & erga feras sævissimè exeruntur ex idea seminali tygris, vel lupi fœcundantis. Pili lupini, ac tygris dentationes, unguiumque textura in tales genitos canes deferuntur causa masculei feminis fœcundantis. Multas similes observationes hic annotare non licèt, nec necessitat dùm virtuosis, peritisque viris similia, & majora innotescunt exempla non aliena. Modestia non permittit, honestas prohibet. Monstruositas fit præcipuè ordine saporum fœcundantium nutrientium in specie sua. Proportio, æqualitas officinarum intèr generantes non parùm ducit, ac consequitur fœcunditatis ovariæ conceptum, & generationem ipsam. Sterilitas multotiès in eadem specie accidit ex tali causa; scilicèt ex improportione organica fœcundantis, & fœcundandi. Scimus non paucos uxoratos cum prima uxore multos concepisse filios, non cum secunda: fœminas easdem cum secundo, vel primo viro non deportare fœtus, nec concipere cum uno, sed cum alio. In viduis non multum cogitandum est, similes sterilitates cum uno viro, & non alio evenire. Uterque sexus aptus, & fœcundus, sed fertilitatem non ducit ex improportione organica partium figuratarum. Saporibus consequentibus figuras ipsas, idem accidit. Nos docet quotidiana experientia multas plantas uno terreo sinu benè fructificare, semina ferre, & non in alio: herbas, frumentacea omnia, scilicèt

Ideal. Iconis. VIII. n. 23. Historia.

cèt triticum, hordeum, fabas, cicerem, aliaque requirere consona loca, sinusque terreos, ut annonæ copiam ferant. Sola saporum, figurarumque æqualitate, & proportione habita. Fœcunditatis munus non pauca exposcit in opere fœcundationis. Leones, ursi, cameli, equi, asinus, lupus, boves, canes, multæque pilosæ brutales species non conferunt ad fœtationem ex ipsa officinarum improportione, ac etiam sequentium saporum. Sapor fœcundans extricat varios succos suo archeali luminoso, eterogeneo fervente, movente, impetum faciente; at non mutat figuram modulatam ovariam, nisi occasionalitèr tantum. Fotus, incubatio, V.G. unius diversæ speciei irradiat ova incubata occasionali idea, V. G. incubatio pavonis in ovis gallinaceis aufert in pullis exclusis aliqualem pipillationem, sed non pulliferam mutat texturam. Monstruosæ generationes, vel sint morbosæ, molestæ, non mutantur à fœcundante semine, & succo saporifero specifico, sed extricantur in motu, & ebullitione salientis puncti, undè saporis fœcundantis est illuminare, alkalizare archeali eterogeneo suo esse. Avium seminalis sapor fœcundaret ova aliarum avium: sapor prolificus leonis moveret alios varios succos ovarios aliarum speciarum brutalium, sed non mutaret figuras ovarias intrinsecas alterius speciei. Sapor fœcundans movet, non mutat specificas figuras. Sapor fermenti panificii tritici movet farinam tritici, indici, hordei, fabarum, &c. sed non mutat figuram farinæ alterius speciei, quamvis sit ex tritico fermentum, at alias non mutat farinas in specie diversas fœcundatione sua panificia.

III. In sensitivis perfectis distinguere oportet multa circa fœcundantis saporis ideam. Vel enim consideratur succus saporosus prolificus in sua intrinseca eterogenea, salina, volatili, archeali, luminosa indole, & in hac reperitur omnis activitas prolifica fœcundans, illuminans, extricans, movens ovaria fluida generica, nam quilibet sapor prolificus intrinsecè movens est, tàm causa supremæ activitatis, & modulationis, quàm causa suæ eterogeneitatis, in qua eterogeneitate considerantur multa salia varia, quæ mota,

mota, vel soluta, statim crepitant, ac ebulliunt movendo corpora fluida, quibus copulantur, & uniuntur in genere suo. Hinc sapores masculei fœcundantes brutales sunt apti capaces extricare, movere ovaria fluida qualiacunque brutalia, dummodo modulatio organica, & figurarum non sit dissona, neque opponatur machinæ organicæ ordine capacitatis.

IV. Sit idem sapor fœcundans, capax fœcundandi multas species in eodem genere, V. G. seminale fluidum leoninum fœcundare equas, canes, lupos, ursas, aliasque species brutales. In his distinctio habita notanda est, quoniam in ordine saporis est efficax sapor unius generis fœcundare reliquas suas species; at in talibus fœcundationibus non solùm activitas, motus, extricatio requiruntur, sed etiam consona similitudo, coæqualis proportio officinarum generantium inter mares fœcundantes, & ovaria fœminea fluida fœcundanda, dùm in eadem specie equina, leonina, & etiam nobilissima humana observatur sterilitas inter fœcundos mares, & fœminas ex causa inæqualitatis, & improportionis officinarum, & organicæ structuræ. Hanc mulierem fœcundat homo, non aliam, & hæc sterilis cum uno, & non cum alio. Si ergò proportio organica officinarum, & partium generantium requiritur in eadem specie, ne sterilitas accidat, quanta majori necessitate urget in diversitate specierum tanta proportio.

V. Forsan non venit observandum id, quod contingit in generatione tertii generis inter lupos, & canes, asinos, & equas, tygres, & canes, & alia reticenda. In his diversis speciebus ducitur tantum monstruosum tertium genus ideatum ex utraque specie, & hoc ex sola proportione partium generantium, & officinarum: quæ proportio non obstabat in varia specie, neque aufert fœcunditatis munus, ut equa concipiat ex asino, canis prolificetur à lupo, vel tygride, & sic de cœteris monstruosis conceptionibus, & sensitivorum fœtationibus. Deducitur ex his posse saporem unum fœcundantem aptum fieri, & esse ad prolificandum, movendum, extricandum ovum alterius speciei, sed

in

in eodem genere, scilicèt brutum cum brutis, oves cum ovibus distinctarum specierum, pisces cum piscibus. Ordo officinæ concipientis, & fœcundantis, non solùm requirit motum extricantem in ovulis fœmineis, sed etiam aptam, consonam, coæqualem sedem recipiendi, conservandi, nutriendi, excludendi, perficiendi fœtum.

VI. Vel diversus esse debeat succus, & sapor movens prolificans varias species ejusdem generis quæsitum: cui sat satisfacit experientia fundata in fundamentali causa. Figura, sapor extricant motum, sed motum in consona officina, & sede æquali, & simili ipsis; vel ad minùs coæquali, & non dissona, uti in fœtu tertii generis. Fermentationes omnes, tàm ex natura, quàm ex arte factæ, etiam in verminosis productis, forsan non requirunt æquales sibi ipsis officinas. Species verminosæ enascentes in diversis organicis partibus corporis viventis, nonnè exigunt similes officinas, & sedes? Lumbrici teretres, ascarides, platiæ, carioſi in ossibus, & singulis partibus distinctis, etiam exposcunt consonas, non dissimiles sedes (non remoto sapore fœcundante) quamvis idem sit succus fœcundans omnes species lumbricorum: Attamen diversa sedes, distincti alibiles succi faciunt varias species lumbricorum, & vermium, licèt fœcundans succus verminosus in ipsis idem sit.

VII. Diversus in avibus, piscibus, reptilibus fœcundans sapor, nàm idem sapor in volatilibus fœcundans capax esset alias fœcundare species volatiles, dummodò officinæ, & sedes generationis æqualitatem servarent: Unde in illis speciebus, in quibus est æqualitas aliqualis, & non repugnat improportio partium generantium, & officinarum, sufficiens capax est unus succus saporiferus in suo genere tamen fœcundare alias species, dummodò non obstet succorum nutrientium dissimilis adhæsio, sivè incapacitas. Monstruosæ generationes ex monstruosis parentibus ex traduce monstruosi succi saporiferi figurati, vel ex fœcundatione, & copula maritali diversi generis & distinctæ speciei. Prolificum fœcundans tribuit suas impressiones

siones, figuras, sapores, & ideas, uti in suis ovariis fœmineis, suos retinet liquores ovarios fœcundandos. In his habita aliquali proportione officinarum, æqualitate aliqua, & tolerabili modulatione partium, intèr fœcundans, & fœcundandum oritur prolificatio, conceptio, in qua non deperduntur figuræ traditæ in ova fœcundata fœminea, neque ideæ seminales expressæ in sapore fœcundante. Hinc monstruosus fœtus partim oritur ex ovulatione fœminea, & fœcundationis masculeæ idea. Non alius liquor nutrit ovaria vivipara, nisi decisus, & delatus in ovarium à machina fœminea, cujus continua successiva delatio modulat partes perficiendi fœtus, nec in his casibus omittitur similitudinis ideatio in his nutrientibus succis usque ad tempus perfectæ exclusionis, & naturalis partus. Succus ergo prolificans, fœcundans aptus est, & idem prolificare distinctas species in eodem genere, nisi obstet improportio partium generantium, officinarum, & nutrientium succorum coæqualis, tolerabilis modulatio.

ELUCIDATIO X.

Sapores Fœcundantes quales in Vermium Eruptione.

I. SApores verminosi prolificantes non excluduntur à generatione vermium. Vermes erumpunt ex plantis, herbis, fructibus, volatilibus, piscibus, sensitivis brutalibus, ex fimis, non viventibus etiam ventres enasci videntur. Omnia saporosa verminationi subjacent, nec exclusis fluidis ipsis. Non organica, non solida corpora, imo metallica omnia saporibus affecta, verminationem pati apta sunt: experientia magistra. Cujuscunque indolis sint, generis, & speciei saporosa corpora solida, & fluida, dum alienantur à sapore, & figura naturali, affici possibilia sunt: alienatione data; duci in verminationis speciem talem, qualem ducunt species, structura, figu- *Idealog. Iconism. VIII. n. 24. & seq.*

 ræ,

ræ, sapores, alibilia jam depravata à modulatione naturalis fabricæ: qua distincta varia modulatione corporum, specificatione indolis, ac idea, tàm in herbis, plantis, truncis, fimis, vegetantibus, sensitivis omnibus oritur distincta diversa verminatio; imò in ipsis partibus sensitivis ejusdem machinæ, talis varietas verminationis evenit ex ipsa multiplici varia structura partium ossearum, musculosarum, cœterarumque diversimodè modulatarum. Figura, sapor, modulatio, motus, nutritio liquorum nutrientium, varia saporizatio in statu naturali, singulisque organicis viventibus, & in saporosis vitam non habentibus, verminationes fiunt, accidunt, oriuntur ex alienatione gradatim facta in illis, & delata in relictos saporosos succos ducibiles in verminosam indolem.

II. Fœcundantes sapores concurrunt ad verminationem qualemcunque. Quales fuerint, qualemque agnoscant sedem fœcundationis, in præsenti dubitandum venit. Scimus in omni viventi productione, germinatione, generatione requiri prolificum fluidum saporosum, ipsiusque fœcundativam sedem assignari: In vegetativis singulis, herbis, & plantis radices locum, officinam, succosque fœcundantes præbere: In oviparis ostensus seminalis sapor masculeus in cavitate ovaria fœminea: in sensitivis viviparis testium officina in uterina sede. In fungosis similis sinuosus morositatis ovariæ locus ex iisdem fluidis alienatis, ideatis in sede naturali radicali datur, vel sinulo ovario terreo, in quo salia volatilia copulantur, & eterogenea saporizatione salium soluta crepitant, erumpunt. In verminatione viventium sensitivorum remanet elucidandum quale sit, & qualis sedes. Scire enim oportet, & in præsenti adducere ea, quæ fusius elucidata fuerunt, ubi actum de nutritione naturali, & ea insimul requisita ad fœcundantem motum. Omnibus viventibus singulorum generum, & specierum: singulis productis fodinis, fimisque assignari, concedi succos, & liquores illos, ex quibus producuntur, generantur, nutriuntur, restaurantur, augentur, conservantur: Remoto enim nutritivo succo, nec vege-

Idealog. Iconism. XIV. n. 31. & seq.

vegetatio, nec vivens, aut ullum producitur saporosum corpus: Sapor enim est in nutritione, & nutritio in sapore, qualisque nutritio, tale saporosum nutriens. Sapor quilibet supponit nutrientem succum, propriamque figuram, qua conservatur: Dato, & concesso, stabilitaque sapore quocunque naturali perfectivo, sivè molesto, morboso defectivo; semper necessario vinculo indissolubili, viget, adest consonus succus nutritivus uniformis tali sapori: hinc vappida totalitèr, insulsa, insipida, & nullius saporis corpora, nullam nutritionem parere possunt, nullamque vitam possidere, quia omni sapore, omnimoda nutritione, & motu carent. Aliud notandum, sciendumque venit, scilicet assignari, & tribui cuilibet initianti viventi cujuscunque speciei saporem sapientem vestigia, indolemque, ac prolificam ideam, ut initiativa ovulatio, ex qua omnis vivens oritur fœcundari possit, extricari, moveri, ebullitionemque concipere fermentativam intrinsecam in puncto saliente: qui fœcundus sapor est sapor alter excellentior, nobilior, saporosior supra adveniens de novo in nutrientes liquores: Zibeti, mosci odor fragantior, ideans omnes alios sapores: si careant tali excellenti subtilissimo, lucido, archeali, eterogeneo, volatili sapore: ordine suo tamen in omnibus gradatim fœcundationibus habito, tunc nutrientia fluida, & ovaria singula, & vivipara, & ovipara, reptilia, aquatica, volatilia, verminosa, fungosa certò certiùs nullum fœcundationis motum habent, & inepta productione, quia vappida, subventanea erunt, & incapacia vitalitatis. Qui nobilis excellens volatilis sapor prolificans variè, & distinctè fit, ducitur, defertur in fœcundatione, uti sunt viventia germinantia fungosa, & verminosa. His distinctè hic iterùm enarratis; sit:

III. Quales sint sapores fœcundantes in verminationibus, tam innumeris, & diversis, ex antecedentibus elucidatis, longum non est scire verminosam fœcunditatem tribui à suo specifico sapore. In præsenti alius locus non est, nisi ab effectu cognoscere causam, scilicèt ex producto

verme annotare indolem, & ideam fœcundativam saporiferam. Vermes in herbis, plantis, truncis, sequuntur illam indolem, ideamque fungosam eamdem, qua pollent, gaudent omnes fungosæ eruptiones, agnoscentes fœcunditatis sedem in radicibus, & ex radicibus delatam, ideatam impressamque nutritivis fluidis aliqualitèr alienatis à sapore, & figura naturali, quoniam talem nanciscuntur variam figurationem, qualem nanciscuntur, ac repræsentant fungi erumpentes ex diversis plantis, & sinulis, quorum simboleitatem ducunt verminationes plantiferæ, ac reliquæ omnes. In his consideranda ovulatio verminosa, & fœcundatio saporis ideantis speciem vermium. Ovulatio fit in cavitatibus patefactis naturalibus, vel occasione ortis in illis sinibus, & porulis, in quos ducitur fluidum nutriens parumper alienatum à figura, saporeque naturali; ibique moram habens tale fluidum concipit figuram ovulatam, uti quotidiè observamus in omnibus fructibus verminascentibus, viridibus cerasis, malis, ficibus, piris, castaneis, singulisque etiam siccis verminantibus. Tale fluidum nutriens parumper alienatum à modulatione naturali continet in se duplicatam ideam, quæ geminata idea: Una est nutritiva delata in ipsam plantam, herbam, ipsumque fructum ibi morosam: Altera habet ideam fœcundantem, annexam ipsi fluido, succoque parum alienato: quæ idea prolifica est in plantis, fœcundaque in vegetativis omnibus, semperque copulata, & annexa cum succo nutriente; quoniam ideatio omnis nutritiva, & fœcundans in vegetativis traducitur ab eadem officina, & sede radicum: Quæ radices sunt origo, & fundamentum specificæ nutritionis, ac fœcundationis. In radicibus officina, & sedes universalis, in qua, & ex qua specificantur nutritiones, & fœcundationes, undè idem fluidum morosum in sinulis, & cavitatibus plantiferis, ac fructiferis gaudet utraque idea, scilicet ovaria nutritiva, & fœcunda extricante, & movente salia eterogenea contenta in ipso succo nutriente moroso ovulato: quæ salia solvuntur, & quia eterogenea in sapore con-

concipiunt crepitationem, ebullitionem fermentativam; & ex modulatione figurarum, & contentorum saporum suscipiunt, concipiunt gradatim delineationem verminosam usque ad perfectam structuram vermis in specie: In qua, & ex qua facta est alienatio aliqualis nutritionis, & data ovulatione morosa, & incubatione partim elastica, & aliquali ex dimensione ipsius corporis sinuosi. Æmulatur verminatio pulliferam ovulationem in primo puncto saliente. Incurrit depravationem, & abortum, ordine tamen suo omnis verminatio, uti pulliferæ productiones, & sensitivi fœtus. Ova ovipara fœcundata, incœpta extricari, si casu deficiat incubatio necessaria successiva, vel aliud molestum depravaverit motum ipsum pulliferum, tunc pullus non excluditur, obit in ovario fluido, ex quo, & in quo excludi, & fieri debebat. Sensitivi fœtus vivipari eundum patiuntur abortum ex omnibus occasionalibus fortibus causis minuentibus, depravantibus, pungentibus liquorem ovarium fœcundatum nutritivum. Incœpta verminatio iisdem occasionibus subjacet, posita efficaci causa removente, vel gravitèr molestante motum fermentativum in ovulo verminoso incipiente fermentari, extricari, moveri.

IV. In præsenti dubium non prætereundum est. Quomodo vermes produci possint, quia viventes, aliquando ex non viventi machina, uti sunt vermes siccorum, non viridium fructuum: Vermes truncorum recisorum diù, plantarum à terreo sinu multis annis evulsarum, vermes ex metallis, vermes ex fimis, putridis ossibus mortuorum, aliisque non paucis. Figuræ, & sapores antecedentes parùm alienati, sunt ovarium, & cavitas prolificatio, nutritio, & vermis productio: undè tamdiù vita ex non vivente, motus ex impotenti figura, & sapore: Tamdiù possibilis motus, quamdiù durant in illis figuræ, & sapores. Hinc solutio quæsiti. In his fimosis, mortuis plantis, ossibus, terreis sinibus adhùc conservantur salia, figuræ, & sapores specificantes, nam experientia magistra est edocens, quod corpora totalitèr vappida, nulloque sale affecta nullam

ducunt

ducunt verminationem : ubi enim est succositas, potest fieri ovulatio; nam hæc exigit fluida, & siccitas suprema in omni carentia salium, non permittit verminationem: in singulis verminationibus debet esse, & adhùc servari aliqualis ideatio illius machinæ, in qua fit verminatio. Fimis, demortuis ossibus adhùc extat extricativum fermentum fœcundans, & salium præsentia eterogenea, & hæc fortissima causa est, quod capax nutrire, sit quoque aptum vitam tribuere. Cibus igne præparatus, fimus, terreus sinus quare nutritionem sugerunt, & alimoniam herbis, plantis, & sensitivis? Quia licèt mortua corpora, sed non carent succo nutritivo fundamentum vitalitatis. Altera fortissima causa solvens dubium est ex elastica vi necessaria, & universali in omni productione, germinatione, generatione, & verminatione. Omnis enim motus est in, & ex elastico, semper quo deficiente removetur omnis motus. Hinc est ducendus crepitationis, & ebullitionis motus in verminosis fimis, truncis, ossibus, aliisque ex elastico universali aëreo, quo moventur, solvuntur, extricantur salia contenta fœcunda in sinulis siccorum truncorum, ossium, fimorum, metallorum, aliorumque, in quibus, licèt non suscitetur ab ipso corpore jam mortuo motus solutionis, & extricationis in salibus, adhùc retentis, fit efficacitèr, & sat talis ebullitionis, & fermentationis motus ab ipso elastico præsente, movente, ex cujus carentia nullus motus, nec etiam accensi luminis. Sat edocemur ex ingeniosa mirabili machina Boylensi nunquam satis laudata.

V. Vermium productio, & specificatio, multiplicitas, diversitas, & ideatio in omnibus sensitivis vivis, & emortuis, elucidatione sat traduntur. In viventibus verminationes fiunt in sinulis, & cavitatibus naturalibus existentibus in ipsa vivente machina. In intestinis, renibus, ossibus, musculis, capite, & singulis partibus, in quibus naturalibus vacuis fiunt tantæ diversæ verminationes, quantæ sunt variæ figuræ, quantæ erunt distinctæ nutritivæ alibiles rosciditates. Naturales intestinales cavitates ovulant suos succos nutritivos delatos à machina, ubi morosi facti

ex

ex causa alienatæ figuræ,& saporiferæ ideæ naturalis;ideòque non decurrunt, uti debent nutrientes liquores naturali motu & moram habentes in ipsis cavitatibus, ibi fiunt ovulationes, agitur incubatio, & fœcunditas ab iisdem organicis, & ovulatis succis, qui necessariam retinent nutritivam ideam, qua alere, & nutrire debent intestina ipsa, & adjacentes partes illas, & ex mora non nutriunt, sed ovulantur, & ideantur motu fœcundativo ex ipsa machina, & in ipsa sistente, & sic gradatim delineantur vermes, & suscipiunt illam figuram longam, intestinalem similem intestinis jejunis ipsis: Ciceris formam, sivè teretres vermes figurantur in cellulis intestinorum ultimorum. Platiæ in intestinis colicis, & eas figuras retrahunt, quales insident in intestinis ipsis. Vermium figura à cavitate ovulante, incubante,& ab hac specificatio posita seminali idea fœcundante, habita à succo alibili. Caseorum vermes, bubuli, caprini,ovilli sequuntur figuram diversam,variamque susceptam à lactifera vivente succosa lactante matre specifica, ut sunt fungi omnes eamdem ideam sequentes. Ossium carioſi vermes durioris structuræ, & molliores, qui musculis enascuntur: semiduriores cordi enascentes, & durissimi figuram, ideam consequuntur vermes illius corporis, cui enascuntur: quod durissimum est. Sinum, sivè ventriculum semper habent vermes, & illum naturalem aliquandò, & qualem agnoscunt in intestinis: molestam, & præternaturalem illam sequuntur ideam, qualem retinent omnes nutriendæ partes in illa vivente machina. Quælibet pars, unusquisque musculus suum retinet ventriculum, sivè porosam cavitatem, ex qua in statu, & idea naturali sugunt alimoniam: qui ventriculi, quæ cavitates quamvis depraventur in modulatione morbosa,& molesta; attamen non omnimodam deperdunt, & dùm putrescunt, & alienantur partes viventes ab indole organica salubri, omittunt solummodò modulationem organicam naturalem, sed non illam totalem figuratam, saporiferam, quarum vestigia structionis, modulationis circumscriptæ consequuntur omnes vermes, & vermium deducitur specificatio.

tio. Alterius figuræ sunt vermes producti in equo mortuo, diversæ in cane extincto, variæ in bove putrescente, distinctæ in homine, cœterisque aliis sensitivis speciebus disparibus. Qualem indolem, figuram, specificationem, modulationem diversam sortiuntur vermes ex idea seminali machinæ, & ex cavitate, sinulo, & idea nutrientium succorum figuratorum, & sapore affectorum, ex quibus consequitur motus. Non solùm distinctæ species viventium, at etiam diversæ partes ejusdem machinæ distinctos pariunt vermes causa nutritionis individuæ, propriæque figuræ, & modulationis: in ossibus, musculis, cartilaginibus, glandulis, corde, hepate, renibus, intestinis, capite, dentibus, &c. quælibet singula pars suo nutritur vario succo figurato saporifero, & in suo sinulo naturali, & etiam morboso servatur aliqualis modulatio suæ figuræ, & saporis, quantò magis in diversitate specifica nutriens mobile universale afficitur modulationem diverso ventriculo, e nutriente succo sapore, & figura fœcundante, ex quibus vermes enascuntur proportione specifica multiplici, dissimili in equina, leonina, brutalibus cœteris, piscibus, volatilibus, plantis, herbis.

Idealog. Iconis. VIII. num. 44.

VI. Eruptione vermium afficiuntur omnes nutriendæ partes cujuslibet vitalis machinæ, & etiam omnia corpora non viventia, quæ saporibus affecta sunt. Ovulatio in cavitate naturali, vel morbosa, veluti in sinulo uterino fit: Nutritio à fluidis nutritivis morosis ovulatis. Fœcunditas à salibus archealibus eterogeneis annexis liquori nutritivo. Specificatio diversa multiplicata ex ipsa figurarum varietate, & saporum modulatione, & mistione diversa. Sic crepitatio diversa, multiplicatæ specificæ vermium structuræ, & machinæ oriuntur. Sat actum, elucidatumque extat, qualia sint prima fundamenta machinæ viventis migrantia à parentibus generantibus, à plantis seminantibus in verminosis, fungosisque eruptionibus.

ENU-

ENUCLEATIO III.

Motus intrinseci Naturales in Viventibus Machinis Elucidantur.

FIguris, saporibus copulatis consonis naturalibus in sinulis, cavitatibus, molibus, aliisque oriuntur ebullitiones, fermentationes, crepitationes, & motus omnes vitales, vitam consequentes, conservantes, restaurantes. Operæ pretium est dùm de figuris, & saporibus actum sit, in singulis proximè consequentibus, & annexis, sermonem, & elucidationem habere. Motus vitalis naturalis consequitur ex elucidatis, ideoque sit:

ELUCIDATIO I.

Motus Naturales intrinseci in Machinis Viventibus.

I. MOtus intrinsecus in qualibet machina, fert, ducit vitam. Vivere motus est: intrinsecè movetur, ergò vivit. Vivit, movetur: vita motus; motus vita. Non omnis motus, sed organicus intrinsecus movens ostendit vitam. Naturalitèr vivimus, naturalitèr movemur: motus vitalis sequitur vestigia corporis organici, & gradatim specificatur motus viventium ex ipsis figuris, saporibus, modulationibus organizati corporis. Vivit herba, planta, motuque vegetativo: Vivunt reptilia, serpentes, vermes, bruta, volatilia, pisces, perfectissimo ordine, & nobilissimo homines consequendo fundamenta integrantia propriam structuram, & fabricam ex initiis propriæ speciei, intimæque generationis perfectivæ, & dimensionis organicæ modulatæ in circumscriptione figurarum, & modulatione saporum.

II. Intrinseci naturales motus initiant in machinis à volatili luminoso, lucido, eterogeneo, archeali fluido, quod sua volatili, salina, oleosa indole saporosa ex eterogeneis

figuris conflata, dùm talia salia solvuntur, & miscentur maritali copula ad invicem, & suscepto universali aëreo, elastico ebullitio initiat, crepitatio, motus primus extricationis dictus, sivè punctus saliens. Succi variarum herbarum expressi, dum miscentur causa solutionis saporiferæ, & mistionis eterogeneæ variorum salium, & saporum distinctorum, ac figurarum diversarum, ebulliens oritur motus: quæ omnia intrinsecum initiant motum extricationis, ex quo, cum quo, & in quo partes elasticæ subtiliores absconditæ excarcerantur, & solvuntur à nexu partium crassarum usquequo propriam sedem, situm, ac indolem nanciscantur, tunc quiescunt. Intrinsecus motus oritur, ducitur, insurgit in fluido archeali, seminali eterogeneo fœcundante, dùm incubationem patitur, & successivum fotum in oviparis, & in viviparis mistionem fœcundantis, & fœcundati in uterina cavitate, in qua, ex qua, cum qua solvuntur, miscentur seminalia, eterogenea salia cum fluidis ovariis fœmineis: qua eterogenea mistione fluidorum fœcundantium, & fœcundatorum habetur motus primus intrinsecus extricans in machina initiante, genita, delineanda, struenda, perficienda. Dicitur eterogenea volatilis seminalis fœcunditas, nam unicus simplex homogeneus sapor nullam concipit fermentationem, quoniam frumentatio, crepitatio, ebullitio fundamentum habet in oppositione, & varietate saporum; ideoque bellum inter ipsos crepitationis ducitur. Unus saporalium dissimilem concitat, & irritat, sic omnes sapores eterogenei soluti, & misti pugnant inter se, & talis pugna fert motum extricationis dictum intrinsecum inter dispares sapores, & varias figuras, quæ copula maritali, & solutione habita omnium, talis primus motus extricans habetur: non dicit tunc vitalitatem in oviparis, & viviparis, quia deficit organizatio, qua indiget vitalis motus verus, ritmicus. Prima ebullitio, & crepitatio est fermenti seminalis intrusio in fluida ovaria, quæ intrusio, mistio, copulatio dicens diplomata diversa, & varia fluida unâ simul soluta, ideò arguit, ac dat solam fermentationem initiantem, prima

vesti-

vestigia generationis. Vitalis perfectus non rudis fermentativus motus supponit,& erigit organicas officinas,quamvis rudes structæ sint, in quibus fieri possit aliqualis systolicus, & diastolicus motus. Sic initiat nutritio partium, quæ arguit, & supponit antecedentem delineationem, rudemque structuram partium. Hæc nullimodè habentur, nec reperiuntur in primo initiante motu extricativo. Dicitur motus vitalitatis extrinsecus, & motio ordine initiativo generationis perficiendæ; attamen rigorosus vitalis motus non est, nec dici valet.

III. Naturales sunt motus intrinseci in viventibus machinis, alitèr defectivi, non profectivi naturales essent. Omnes enim motus intrinseci in machinis, quamvis fermentativi sequentes eterogeneitatem, sunt oppositionis, scilicèt systolici, & diastolici, à quibus, & cum quibus perficiuntur omnes motus naturales chyliferi,pancreatici,cordiales, & animales omnes. Fermentationes morbosæ ducunt, & ferunt etiam eterogeneitatem, sed defectivam, sivè destructivam viventis machinæ. Eterogeneitas perfectiva est depurativa illorum saporum, & figurarum filtrandarum, perficiendarum, & ducendarum in indolem, ideamque naturalem. Motus naturalis eterogeneus chyliferus oriens ex variis naturalibus saporibus, & figuratis succis eterogeneis, ex quibus fit esurinus liquor agens in eterogeneos chylificandos, ducendos, perficiendos, ideandos trituratos cibos depurativo perfectivo naturali nutritivo motu restaurante: quo motu impurium, fæculentum, dissonum, non unibile, non adhæsivum separatur, filtratur, & detruditur ad officinas emunctorias. Motus naturalis intrinsecus, In,Cum, Ex eterogeneo, in eterogeneum perficitur.

IV. In viventibus machinis omnes singuli motus naturales tales sunt perfectivi nutritivi, restaurantes, conservantes ex eterogenea salium,saporum, & figurarum copula, mistione, & solutione: ex quibus perficitur motus naturalis quilibet, tam generationis, conceptionis, ebullitionis, extricationis, delineationis, perfectionis, structuræ,

restaurationis, nutritionis, conservationis continuæ successivæ durationis, & productionis cujuslibet fluidi, solidi, impetumque facientis, tàm modulatione fluidi, quàm terminata circumscriptione solidi.

Idea log. Iconis. XVIII. fol. 321.

V. Viventibus datum est vivere. Vivere idem est, ac motu intrinseco moveri. Qui motus intrinseci specificant vitalitatem in machinis ipsis. Sunt motus tales, & resident in volatili luminoso activissimo, impetum faciente, vivificante, & fibram motricem universalem roborando, ut sua roscida luminosa indole moveat, impellat, roboret, restauret, conservet, nutriat, firmet partes singulas fibrosas motrices in tota universali machina: qui motus omnes fiunt, & necessitant in viventibus ipsis, ut eterogeneitas naturalis conservetur in fluidis ipsis gyrantibus naturalibus restaurantibus proprio sapore, & consona figura, ac in omnibus solidis etiam, quia fluida sunt initiata solida, & fluida naturalia ipsa modulatione adhæsiva, & motu nutritionis gradatim solidescunt, & in organicam soliditatem ducuntur. Successiva fluidorum nutritio est continua gradata soliditas, & adhæsio fluentis alibilis succi in organicam solidam indolem. Viventibus igitur motus intrinseci naturales eterogenei tanti, quantæ sunt partes variæ, sunt operationes distinctæ multiplices gaudentes tali varietate, & hæc præcisa causa tantorum distinctorum motuum intrinsecorum naturalium in machinis singulis vitalibus. Motus universalis systolicus, & diastolicus, universalis nutritivus, universalis depurativus, universalis filtrans, & per emunctoria expellens intrinsecus semper in omnibus his.

V. Machinis tribuitur semper eterogeneitas, quia organica structura gaudent. Organicum fundatur in multiplicitate, & varietate, ac figuratione geometrica modulante, & uniente partes ipsas, tàm ordine fluiditatis, quàm soliditatis: machina sic vivens conservatur, tali eterogeneitate fruitur, tanta multiplicitate modulatur, & firmatur. Omnibus his nullus adesset spiritus, nullum præesset impetum faciens, nullum opus ab intus, & extra, nulla

la vitalitas, nisi cuilibet intrinsecus motus inesset. Est intrinsecus singulis, quia vitalitas cuilibet inest.

VII. Elucidantur ergò in machinis ipsis motus intrinseci omnes naturales in archeali, & impetum faciente perfectivo eterogeneo forti nutritivo conservativo, & continuæ successivæ durationis ex ipso universali intrinseco motu habito ex saporibus, & figuris eterogeneis unitis, & copulatis in succis naturalibus decurrentibus in qualibet machina, & solida motrice fibra perficiente, roborante, movente partes omnes organicas, & ipsam universalem viventem machinam.

ELUCIDATIO II.

Motus primus extricationis in fluidis fit ex salium solutione, saporum, & figurarum mixtione.

I. MOtus intrinsecus in viventibus machinis multiplex est. Fit in fluido ebulliente, in succo impetum faciente eterogeneo, agitur in saporosis mixtis figuratis liquoribus, tàm vegetantibus, quàm interno proprioque motu gaudentibus, uti ovariis viviparis, & oviparis datum est proximè posse moveri, quamvis non intrinsecè moveantur. Hæc sunt omnia semina, sivè ovula herbacea, & plantifera, quæ actu non crescunt, non expanduntur, non vivunt, sed proxima sunt germinationi, expansioni, & augeri, crescere, perfici. Sunt ova oviparorum fœcundata, non dum incubationi subjecta, ut pullescant: sunt vivipara utero contenta, quæ non patiuntur fœcundationis saporem, ut possint motum generationis concipere: sunt omnia verminosa, & fungosa fluida, quæ non fœcundantur ex salium consona indole, copula, & solutione in ovulatione occasionali peragenda in truncis, plantis, metallis, organicis machinis viventibus, & non viventibus: sunt ea omnia, quæ saporosa figurata fluida tenent, & salia capacia uniri, misceri, crepitare, intrinseca solutione facta, vel facienda.

II. Pri-

II. Primus motus initians quamlibet productionem, germinationem, generationem, pullulationem, verminationem, fungositatem, aliamque viventem machinam ducens. Illud est in fluidis nutritivis elastico aëreo affectis & unitis, sine quo elastico nullus agi potest motus, nec crepitans, neque concipiens, aut perficiens. In, & Cum elastico omnis intrinsecus motus, quo elastico remoto, depravato, nequit intrinsecus motus fieri. Vivere, germinare, nutriri, augeri, & intrinseca dimensione affici cum elastico movente obtinetur.

III. Fermentativus motus in omnibus vegetantibus seminibus primus est ille, quo suscitatur pugna in saporibus, & figuris seminalibus, sive eterogeneis salibus fœcundis solutis, ideatis ex granulo, sive germine seminali fœcundo, in quo conservantur sapores fœcundi seminales salini eterogenei, ex quorum solutione, copula, & varia saporosa indole oritur elastica crepitatio, quæ dicitur motus extricans. Extricans nuncupatur, sivè crepitans solvendo salia: illis solutis saporibus in quolibet liquore, succo, sivè fluido contentis: in quo initiat nutritio partium, quamvis exilium in ovulo, & granulo seminali vegetantis, V. G. hordei, tritici, fabæ, ciceris, aliorumque germinantium contentarum: Semina pomorum, cerasorum, pinus, castanearum, aliorumque in granulo fœcunditatis continent rudem herbam, vel plantam ipsam. Qua solutione saporum, & salium orta, fit pugna, insurgit motus extricans, solvens liquores, & succos nutritivos fœcundos servatos in granulo fœcundationis, & in annexo pabulo substituto nutritioni futuræ successivæ: ex quibus duobus, scilicèt granulo fœcundo, & pabulo annexo struitur quodlibet semen vegetans fœcundum. His saporosis succis solutis fœcundis initiant partes exiles absconditæ rudes herbaceæ, vel plantiferæ in quolibet semine perfecto vegetanti contentæ nutriri, expansionem suscipere, ac dimensionem naturalem gradatim successivam recipere usque ad circumscriptionem debitæ naturalis figuræ. Quæ expansio dicitur germinatio, sivè nova nutritio radicum,

dicum, partiumque in semine existentium, sed non de novo productarum. In omnibus seminibus vegetativis herbaceis, & plantiferis adest annexo germini, sivè granulo fœcundo tota structa rudis, exilis herba, & rudis parva planta in suis partibus, quæ primo motu extricante incipiunt nutriri, augeri, expansionem majorem suscipere, undè germinans semen vegetativum novam majorem expansionem nanciscitur, sed non primam partium productionem, ac structuram, dum semina perfecta vegetativa producuntur, in semetipsis omnes partes, quamvis exilissimæ struuntur: *Producat terra herbam virentem, & lignum pomiferum, &c. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & universa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui.* Nota, *in semetipsis sementem generis sui.* Germinatio est aucta nova nutritio in vegetativis partium exilium existentium in seminibus. Motus extricans est primus ducens majorem nutritionem auctivam. Dicitur nova ex causa auctæ dimensionis in exilibus partibus, non dicitur tamen nova initiativa productio seminalium partium. Semina enim vegetantia sunt perfecta ovula à plantis, & herbis producta fœcunda structa in propria specie, indole, & idea: indigent solo sotu terreo elastico extricante, ut germinatio expansiva grandior fiat. *Genesis cap. 1.*

IV. In fluidis agi, fieri debet motus solutionis, & extricationis, nàm solida corpora carentia fluiditate saporosa, non extricantur, non moventur, non crepitant, & non capacia ebullire. Indigent solutione omnia salia, omnes sapores nutrientes pluribus ex causis: prima est, quia debent misceri intimè, quæ mistio non fit in solido, sed in fluido: altera est subsequens motus; qui motus est fluitantis circulantis mobilis: tertia ordine nutritionis, nàm nutritio est adhæsio concentrica fluidi roscidi in solido: omnia hæc in fluido agi possunt in succo soluto: in horreis servata semina, tritici hordei fabarum, aliorumque frumentorum, nulla seminum germinatio datur, quia in dictis horreis non solvuntur eterogenea salia sistentia *Ideal. Icosism. XIV. n. 10.*

tia

tia in granulo fœcundo, in quo eterogeneitas seminalium saporum adest. In fluidis agitur motus extricationis primus.

V. Fit in salium solutione, quia fœcunditas, & nutritio fiunt ex saporosis succis. Saporosi succi, & decurrentes liquores non sunt fœcundi, non sunt alibiles, nisi soluti, & fermentantes. Omne fluidum nutriens, fœcundans suo sale gaudere debet activo necessario, alitèr si omninò vappidum, omnique sapore carens, nunquam nutriens erit. Nutritio, fœcundatio sunt motus, & primum motum agnoscunt in suis solutis, extricatisque saporibus.

VI. Ex salium solutione in vegetantibus seminibus, & ovariis fluidis, cœterisque extricandis, oritur mixtio elastici moventis, & impellentis, quo unito intrinseco fluidis, & cum fluidis nutritivis, & fœcundis componitur unum corpus impetum faciens intrinsecum sic modulatum ex eterogenea mistione, undè oritur crepitatio, & pugna naturalis saporifera, arguens, ducens primum motum extricantem in granulo fœcundo, & in annexo pabulo substituto, & posito, necessitate nutritionis successivæ in seminibus vegetativis, & in oviparis vitellum locum habet annexi pabuli.

VII. Salium solutorum copia, parvitas, mediocritas faciunt gradationem in primo motu extricante, ubi annona, major copia salium, ibi etiam efficacior, celerior elastici vis: Ubi mediocritas, vel parvitas, ibi talis consequitur motus extricans brevis, velox, morosus, efficacior, tàm in ebullitione, & crepitatione morosa, longa, brevi, celeri, uti est gravata ipsorum salium annona, & intrusi elastici copia.

VIII. Solutione salium facta in fluidis naturalibus saporosis, sed successiva, non totali omnimoda: Sicuti motus extricans successivus est, conservatur, & durat, ità etiam salium, saporumque successiva solutio agi, fieri debet. Si unica vice omnia salia solverentur, & totalis solutio pateret, tunc motus extricans esset violentus, in-

instantaneus, brevis, fragosus, crepitans, nec conferret successivæ germinationi in vegetantibus, in oviparis, cœterisque: successiva nutritio successivam fert delineationem, & successivus extricans motus fit ex successiva solutione salium: tanto tempore, quanta salium copia successivè solutorum durat: Sic textura dimensa, quanta viventis machinæ modulari debet.

IX. Saporum idea, copia, fluiditas, luciditas etiam ferunt indolem, & modulationem extricantis motus in fluidis succis, ac liquoribus extricandis. Idea volatilis facit motum celerem, copia saporum fert durationem: fluiditas major, mediocris, minor tendit ad crepitationem morosam, mediocrem, velocem. Luciditas saporum, & luminositas arguit extricandam molem esse nobilioris, altioris structuræ: ità saporum opacitas oppositum affert.

X. Et similitèr figurarum solutio non quidpiam alienum præbet. Sint figuræ nimis annexæ, ligatæ, intrusæ, complicatæ, tortuosæ diversis nodis, multiplicibus nexibus ligatæ, tunc motus extricans longus, morosus, tardus; sin minùs tenues, non complicatæ, laxæ, tunc motus celer, non mensalis. Cuique magistra sit annona generica frumentorum. Seminum frumentariorum diversitas ostendit figurarum diversam modulationem. Semen rapæ, mollis, laxæ figuræ, triduò extricatur: tritici octo, vel decem diebus crepitat: fabæ quadraginta; sic plantarum semina varia, & diversarum figurarum, ac modulationum, & ligaminum structura gradantur.

XI. Figurarum medela, indoles, modulatio non parùm conferunt, ducunt, ferunt motum primum ipsum extricantem. Figura enim est mater, & sinus saporis, imò sapor consequitur suam figuram in organicis semper. Acuta figura suo sinu servat acutum saporem, quadrata mollem, cœteræque figurationes, uti ostenduntur in organicis, tales suos similes sapores in suis succis gerunt. His gradationibus figurarum diriguntur, & modulantur extricantes motus celeres, mediocres, morosi, tardissimi.

XII. Mistione, & maritali copula indigent extricanda in fluidis salibus solutis saporibus, & figuris. Negata mistione eterogenea in saporibus, & figuris quamvis nutritivis, & fœcundis, attamen nulla fit, neque possibilis venit extricatio. Motus extricans pugna naturalis orta intèr sapores eterogeneos, variasque figuras. Pugna non agitur intèr distantes; ideòque necessaria maritalis copula, nàm ebullitio, & pugna est motus oppositionis, & oppositio dicit præsentiam oppositorum, etiam in externis corporibus pugnantibus. Intrinseca pugna exposcit, & requirit intrinseca opposita: motus extricationis primus est in solutis eterogeneis salibus saporibus, & figuris mistis facientibus idem quantum, imò in eadem cavitate, eodemque sinu. Omnes ovulationes, germinationes, productiones, generationes aguntur in eodem ovario, & ovo viviparo, vel oviparo, in quo proxima una simultanea mistio, maritalis copula, & eterogeneitas saporum, & figurarum, ex quibus extricans motus initium habet.

ELUCIDATIO III.

Motus Fermentativus Intrinsecus Naturalis Necessarius in Viventibus.

I. MOtus omnes celebrantur, & aguntur in machinis viventibus intrinseci universales: Systolici, diastolici cordiales, nutritivi, conservantes, restaurantes, durationem perficientes oriuntur, dependent ex primis fermentationibus intrinsecis naturalibus. Motus universalis in fibra motrice requirit luciditatem, rosciditatem alibilium succorum, archealem illuminationem in partibus singulis, quæ obtinentur ex firma figura, & vivido sapore intèr se ipsos intimè copulatos, fervescentes: nequeunt tanta obtineri, non datis multiplicibus intrinsecis fermentationibus in qualibet machina vitam habente. Singula hæc oriuntur ex primis motibus fermentativis intrinsecis cuique organicæ viventi moli. Productio, germina-

minatio, generatio, nutritio, delineatio, proportio dimensiva quanta figurata naturalis deferuntur ex multis fermentationibus, sivè motibus intrinsecis fermentativis.

II. Fermentativus ultimus motus in qualibet organica machina est adhæsivus nutritivus, causa cujus necessitate vivit, movetur, restauratur, durat machina singula vivens. Non habita, & negata nutritione totali, perit vivens omnis. Nutritio quælibet exigit omnia ea opportuna præcedentia, necessaria ordine naturali ipsi nutritioni. Requirit singulatim, & gradatim illa ducentia motum illum perfectum ultimantem, conservantem necessitate naturali nutrientes succos. Ad cujus munus, & modulationem extat.

III. Intrinsecus primus fermentativus motus naturalis chyliferus, quem & hunc præcedit semiintrinsecus masticationis motus, triturans cibos salivæ mistionem, ac potabilem copulam in exuccis cibis. Undique intrinsecus est chyliferus motus: intrinsecus ex parte sedis chyliferæ, & ex parte fluidi chylificandi, & fermentativus est. Fermentativus ex officina ventriculi stillantis, & tribuentis succos, saporesque omnes modulantes esurinum liquorem: quæ sedes intrinsecè tribuit, fovet, donat, ideat, fert rudes ideas chylificato pabulo, & chylificando. Talis officinæ chyliferæ intrinsecus motus suscitat, extricat sapores, & figuras rudes in ipso chylificato quanto. Ex parte fluidi, sivè comesti, triturati, epoti, non potest agi, & fieri chyliferus intrinsecus motus, non positis succis struentibus ipsum esurinum liquorem in ventriculi sede; quæ positio, & cujus activitas chylifera intrinseca habetur ex mistione, unione, & copula succorum impetum facientium, quorum mistione eterogenea, & saporum, figuramque omnium concitatur, agitur intrinsecus fermentativus motus chyliferus. Ipsis rectè, & consonè positis, oritur salubris chyliferus fermentativus motus; ità oppositione aliqua molesta, depravatione, vel morbosa indole, tunc diminuta, depravata, molesta intrinseca chylifera motio fermentativa.

IV. Naturalis necessitat in vitali organica mole fermentativus motus intrinsecus. Omnis singula machina duplici motu fermentativo universali ducitur, vel perfectivo salubri naturali, vel defectivo occasionali morboso: uterque sua opera ducit fermentativis motibus: Irascibiles, concupiscibiles, aliævè operationes intrinseco fermentativo motu aguntur in, & ex succis, & liquoribus sistentibus in ipsa vitali machina. Sic etiam successiva duratio, restauratio, nutritio, & vitalitas, tamdiù durant, & permanent, quamdiù fermentativi motus intrinseci in liquoribus contentis in machina aguntur.

V. Necessarius in viventibus, sivè quocunque motu fermentativo vitali multiplex usus fermentationum. Non sufficit solus unus chyliferus, solus unus pancreaticus, solus unus saponarius, sed tanti multiplices, & sanguinei, & nervei, lymphatici, salivales, aliique, quibus addictæ sunt officinæ singulæ, in quibus terminata, & distincta fit propria fermentatio, & tamdiù salubritèr vivit machina, quamdiù omnes tales distinctæ fermentationes, & intrinseci motus fermentativi, perfectivi aguntur. Omnes tales motus fermentativi intrinseci perfectivi naturales in singulis fluidis, & terminatis officinis fiunt causâ universalis nutritionis, & restaurationis singularum partium, & totius viventis machinæ, cujus vitalitas, & successiva duratio est, & conservatur ex omnibus talibus intrinsecis naturalibus fermentativis motibus in propriis officinis celebratis.

VI. In organicis machinis eterogeneitas partium, & varia earum distinctio, requirit multiplicatas modulationes organicas, quibus correspondent proprii fermentativi motus ex causa eterogeneæ naturalis nutritionis; undè non solùm necessitat universalis intrinsecus motus fermentativus chyliferus, & sanguineus, sed necessitat univocus similis proprius fermentativus consonus cuilibet integranti parti. Hinc quælibet organica pars integrans suum retinet ventriculum, ex quo, & in quo perficitur suum simile adhæsivum alihile, quo roboratur, conser-

vatur

vatur fibra motrix particularis cujusque partis organicæ: quibus non positis, languet, molesta vivit organica machina.

VII. Viventibus singulis igitur in omni genere, & specie tribui debet fermentativus intrinsecus motus, tàm vegetantibus, oviparis, viviparis regni volatilis, aquatilium, & brutorum, nec exceptis verminosis, ac fungosis: causam præcisam habes, estque: ubi naturalis intrinseca nutritio, neutra, vel morbosa, ibi præcedens motus multiplex fermentativus necessitat; si ergo omnia hæc vivunt, certò certiùs nutriuntur, & fermentationibus intrinsecis conservantur, durant, crescunt, vivunt.

ELUCIDATIO IV.

Cuique Fluido Naturali Motus Fermentativus est Necessarius.

I. Cuique succo, liquori, & naturali fluido in machina vivente inest eterogeneitas saporum, & figurarum: Non sunt liquores in machina organica unius tantùm simplicis saporis, quamvis dicantur subacidi, amari, dulces, austeri, pontici, salivales, nervei, lymphatici, &c. Quilibet succus naturalis desumit specificam denominationem à prævalente sapore: Sit prævalens acidilas, tunc dicitur acidus liquor: sit amarus prævalens, dicitur amaricans: extat salsus, nuncupatur talis; at succus omnis, & naturalis liquor in organicis machinis eterogeneitate gaudet; hinc multiplicitate saporifera afficitur. Eterogeneus, à quo conficitur, & cujus mater prima extat, & à quo ducitur sapor quilibet? nonne à massa universali saporifera prima chylifera? Eterogeneis, quibus miscetur fluidis, & eterogeneus in officina & sede organica, in qua perficitur, ideatur. Organica quælibet sedes, & officina multiplicitate varia fibrarum, nervorum, venarum, arteriarum, variarumque: struitur indole, idea tali vasorum deferentium, ac delatorum succorum: Hoc

unum

unum sufficit: Inesse cuique organico suam particularem fibram motricem, quæ variis eterogeneis struitur, & nutritur succis, sed consonis suæ modulationi. In his semper intelligitur esse consonum, licèt eterogeneum, quia simile in recipienda figura, & æquali capaci modulatione, ac adhæsiva nutritione: nec eterogeneitas dicit oppositionem bellicam inimicam, neque similitudo omnimodam simplicitatem saporis, vel figuræ; igitur in ipsa eterogeneitate cuique competit fluido fermentativus motus, imò quibus naturalis succus impellitur à vibrante, & impetum faciente: quale sufficit ad tribuendum fermentativum motum impulso succo, liquori, fluido cuique naturali.

II. Fluido si negaretur fermentationis motus unâ, simul prohiberetur filtratio, depuratio, cribatio. Motus enim depurationis, & cribationis est perfectivus in quolibet succo naturali, quia dicit separationem partium inutilium ab ipsis utilibus: quæ separatio nequit agi, neque fieri in simplici succo unius saporis; & talis filtratio agitur ebullitione fermentativa partium subtilium attollentium, & separantium crassas, easque ad emunctoria consona detrudere, ut tale fluidum aptum reddatur consonum, & rectè modulatum ad exercenda munera sua: sic enim præternaturalis, morbosus, molestus fit quilibet liquor naturalis in vivente organica machina, dùm non filtratur, non undique cribatur, non perficitur, non defertur propriæ officinæ, quæ peccans in opere suo filtrativo, vel occasione ipsius fluidi vitiosi in sapore, & figura, vel alienatione aliqua naturali. His causis occasionalibus, fluida non filtrantur, non depurantur, non perficiuntur ex motu diminuto, vitioso, vel ab alio fermento orto ex ipso succo, vel etiam ex læsa officina filtrante. Omnes ferè morbi ex his oriuntur causis. Si igitur quodlibet fluidum naturale in machina, ut agat proprium suum munus, indiget depurari, filtrari, cribari, & perfici in sua indole, ac idea: quæ depuratio, filtratio, cribatio, perfectio, indoles, idea consequi non potest, & nancisci nequit, negato motu fer-

fermentativo in ipso fluido, sivè in omnibus naturalibus fluidis, ideò pro certo, & indubitato habendum est, & tribuendum cuique fluido naturali necessarium fermentativum motum.

III. Naturali impulsivo motu omne fluidum nutriens conservans, motui universali vitali conferens ex universali ducitur officina, & sede in reliquas perficientes cavitates, tantique motus fiunt fermentativi, depurantes, & ideantes chylum in sanguinem, cœterosque succos naturales, quantæ sunt officinæ consequentes. In duodeno intestino prima separatio puri à fœculento: in sacculo lacteo, duxtione axillari ascendenti in cordiales viscus: In regiones omnes animales, sedesque nerveas, cœterasque cavitates, in quibus singulis fluida naturalia suscipiunt ideas, impressiones, vivificationes, & per consequens tot, tantisque fermentativis motibus indigent, quantæ sunt novæ ideæ, & depurationes actæ, perficientes.

IV. Motus fermentativus non solùm elucidat, & spoliat fluida à suis fœculentis chyliferis, sed etiam tribuit ipsis illam ultimatam ideam, ac impressionem, indolemque, qua aptum redditur proprio dicato operi omne fluidum. Ideationes ultimantes perfectivæ in singulo succo viventis machinæ sunt illæ, quibus operatur fluidum, quibus copulatur consono solido organico: quibus ducitur in proprios canales, & ductus: quibus nutritio universalis conservatur; restauratio, duratio, salubritas machinæ viventis stabilitur. Tales ideationes ultimatæ perfectivæ naturales non ultimantur, & capaces fiunt exercere proprium opus, nisi habitis pluribus filtrationibus, cribationibus in singulo fluido naturali mediante pluries replicato universali gyremate: Dices non habitis, ac repetitis fermentativis depurantibus motibus, ideantibus succos, & liquores ipsos gyrantes in universa machina.

V. Fermentativus motus est initiatio reliquorum motuum in fluidis ipsis. Extricans motus fermentativus est. Delineatio partium fermentatio est: cribatio liquorum motus est: Ideatio motus est in fluidis: Nutritio motus

adhæ-

adhæsivus est: Systolizatio, & diastoles motus sunt in solido in, & cum fluidis, cum intromissione elastici, & eterogenei; undè systolizat, & diastolizat organicum viscus: qua vibratione defertur ad sequentia viscera, cœterasque officinas, & ultimatam nutritionem succorum omnium alibilium, impetumque facientium, & nerveorum naturalium consequentium fermentativos motus ipsos.

VI. Necessarius primò primus fermentativus motus in fluidis singulis, alitèr, nec vita, nec vitalitas haberetur, neque ejus conservatio, duratio, luminositas, & archealis universalis idea. Torpescunt succi omnes, deficit machina, & continuus motus, neque principia initia morborum fiunt, & extinctio cujuslibet viventis machinæ successivo ordine (excluso violento casu), nisi ex deficientia, & minuitione sensim intromissa in succos naturales ex vitiato diminuto primo motu fermentativo in ipsis officinis. Est fermentativus motus perfectivus omnium fluidorum: est initium singularum idearum naturalium: est principium naturalis nutritionis: est fundamentum vitalis durationis: est conservatio continua successiva omnium agendorum in vitali machina. Est saporum, figurarum, & motuum omnium modulatio, restauratio, circumscriptio. Torpescit motus fermentativus in singulo succo, chylo biliario, pancreatico, lacteo, nerveo, sanguineo, salivali, lymphatico, cœterisque aliis succis non cribatis, non depuratis totalitèr, non sufficientèr ideatis, ac perfectis; tunc omnium, singulorumque morborum radix, initium, prima causa suscitantur. De quibus gradatim dicendum.

ELUCIDATIO V.

Motus Cribationis continuus in Machina Vivente Necessarius.

I. MOtus in organico intrinsecus vita est. In fluidis naturalibus primus motus est: Iis pascitur, iis movetur, iisdem ideatur, ipsisque distincta, eterogenea ducun-

ducuntur, aguntur intrinseca, externaque operanda: Hæc tàm ordine delineationis, quàm universalis structuræ, & fabricæ motricis fibræ fiunt. Illuminatio, luciditas, vibratio In, Cum, Ex naturalibus fluidis in machina decurrentibus fiunt, perdurant, vitalizantur, conservantur, & perficiuntur. Cribatione, sivè filtratione depurativa in statu naturali, ordine salubritatis, fortitudinis, & durationis conservari continuò possunt, alitèr frustraneus est chyliferus motus, & fermentativa depuratio in fluidis ipsis: Ultimatus præcipuus finis depurantis continui motus est, ut lucida consona, perfectiva, adhæsiva continuò sint fluida naturalia; ideòque continuò gyremate gaudent omnes liquores in machina, ut continuò filtrentur, lucidiora ducantur successivo motu universali restauration omnium partium. Adhæsio, nutritio salubris agi nequit continua, nisi fluido continuo apto, lucido, consono reddito, quod obtineri nequit, nisi necessario filtrante cribativo motu perenni fiat.

II. Cribationis artificalis motus in frumentaceis nobis notam dat, signatque necessitatem in machina vitali exequendam. Frumenta usui cibario dicata, non unica vice, sed pluribus cribationibus subjacent. Usuale triticum panificium in messe, qui metunt, & in fasciculos colligunt messores, illud primæ cribationi paleali submittunt: segregant, separantque iteratis ictibus paleam à frumento: secundam agunt mundando à minimis arenulis, festucis, & terreis corpusculis: pala illud agitando, impetumque dotando aëreo elastico, ut suo motu à fœculentis spolietur: cribatione perficitur: molitor gydromyla in farinaceam massam ducit: fornarius cribatione separat furfuraceam massam à subtili polline: imitantur naturales artes ideam omnem, nam in vivente machina singulæ tales perficiuntur cribationes. Masticatio ciborum in messore, chylificatio in fornario, & molitore: panificium in nutritione: est necessaria cribatio in artificialibus imitantibus naturalia organica: quantò magis in ipsis machinis viventibus?

Ideolog. Icon. vis. vit. fol. 88.

III. In restauratione vitali, omne vivens cibis indiget,

illisque indole affectis, & idea capaci adimplere nutritionis, & conservationis munus: quale non consequitur uno motu tantum masticationis, & triturationis, at indiget subsequenti ventriculo agente, & chylificante, imò in bovina specie datur organum amasium, rumicationis dictum, supplens imperfectam masticationem, uti etiam datur in avibus ingluvies, in qua dura liquescunt. Chylificationem nanciscuntur mastici cibi, quibus universales rudes ideæ tribuuntur à ventriculi sede, postquam consequitur cribatio in duodena sede infra pylorum, in qua cribatio prima chylifera, & sic successivè spoliantur à fœcibus chylosi liquores: post tales cribationes multæ aliæ necessitant, ut aptus fiat sanguis, & consoni perficiantur liquores omnes naturales ad firmandam, conservandam fibram motricem, & universalem machinam in omnibus, singulisque operationibus naturalibus.

IV. Machina organica ideat omnia fluida naturalia, ipsisque tribuit consonas specificas ideas ultimò operatrices, & perficientes sapores ipsos, ac figuras. Ideationes ultimæ perfectivæ consonæ naturales in fluidis cœnosis, & fœculentis non ultimantur, sed ultimam perfectionem, ac indolem consonam recipiunt, dùm luciditatem omnimodam obtinent; quæ luciditas nullimodè consequitur à fluidis ipsis, nisi motu continuo cribativo spolientur à fœculentiis; alitèr ideæ molestæ, & non salubres deportarentur.

V. Vivente organica machina actualitèr conficiuntur in ea omnes vitales motus, naturales, animales, & quælibet integrans pars operatur sua motrice propria fibra, nec otium patrat. Ventriculus chylificat: intestinales officinæ separant: pancreatica, saponaria, lymphatica, hepatica, cordialis, animalis, & quælibet alia singula officina suo muneri operam dat: non quiete, non otio tenetur; nam non viveret: in singulis officinis motus est exercens suum opus, & inter tantas officinas, semper adest præcisa ideatio in motu perficiente proprium suum liquorem: qui perfectivus motus semper continuus in singulis officinis cribantibus, & perficientibus ex continuo successivo perenni

motu

motu gyrematis universalis, ex quo, & in quo impulsio, depuratio, filtratio, ideatio particularis individui motus in qualibet officina habetur.

VI. Continuus motus cribationis fieri debet successivus, quia nutritio succcessiva continua in omni viventi machina fieri debet: Lumen vitale suo oleoso pabulo auctivo, restaurante in omni ætate non caret ex nutritione roscida continua delata: continua restauratione, & adhæsiva appositione gaudere debet omne organicum vivens; sine qua, nec vitales, neque naturales, & animales motus initiant, fiunt, conservantur, vel durant. Tanta adhæsiva nutritiva appositio fit saporibus, figurisque consonis redditis in fluido singulo nutriente. Omni vitio, & dissona labe fœculenta deducuntur fluida: sic consona nutritioni reddita, dùm continuo successivo motu cribationis, tanto molesto spolientur.

VII. Necessarius in viventibus singulis continuus cribationis motus ob tanta data emunctoria, quibus continuo successivo, & perenni motu gaudent emunctoria universalia, tàm ex insensibili undique transpiratione cutanea absorbente, & deferente majorem, imò maximam fœculentorum copiam ad extra, quæ insensibilis cribationis motio, & excretio prævalet centiès patentibus excretis fœculentis ex patenti emunctoriorum numero. Continuo nares, oculi, aures, saliva, alvus, vesica, ungues, capilli, pili, furfures spoliant fluida omnia nulla morula data, sed semper continuò successivè tantus copiosus excretorum per emunctoria cribatorius observatur motus, non morosus, non interruptus, non abolitus, vel sua activitate expulsiva continua successivè privatus, alitèr machina vivens statim morbosa, molestis, depravatisque puncturis afficeretur. Igitur, si visu, experientia edocemur emunctoria sensibilitèr fœculenta foràs demandare, atque spoliare depurando succos omnes naturales alibiles; quid dubitandum erit cribationis motum continuum successivum, necessarium esse in ipsa machina vivente?

ELUCIDATIO VI.

Cribationis motus exigit necessariò diversa emunctoria.

I. EXigit omnis figura suum æquale figurarum: omnis motus æquivalet suo mobili: quilibet sapor suam figuram exposcit: sicuti universalis nutritio tantarum variarum partium petit sua diversa alibilia saporosa figurata ipsis nutriendis consona, & figurata saporosa unibilia, & adhærenda, ita pariter cribatio, & depurativus motus talium succorum exposcit æqualia emunctoria, & similia cuilibet fluido filtrando, & cribando. Anatome plures diversas ostendit officinas præparantes, quibus necessariò correspondere debent æqualia secernicola, & emunctoria in figura, modulatione, & organizatione æquiparantia suis liquoribus, succisque depurandis, cribandis, filtrandis. Salivalis liquor gaudet sede parotidali, & multiplicans sinibus glandulosis, ductibus, canalibus sublingualibus filtratoriis. Esurinus succus tenet plicas membranas ventriculares, & pylorum ducentem chylosam massam. Felleus succus suam pyriformam sedem, & cholidocum vas, ac canalem. Subacidus pancreaticus suam magnam glandulam conglomeratam, suosque varicos ductus Conoideam figuratam sedem petit sanguis, & canales arteriosos: Testes servant epydormidales, pampaniformes, & myrtiformes varicatos sinus, ac deferentia vasa: Lymphatici succi emulgentia vasa, & similes canales, truncos, & officinas: Renes exigunt vesicam, receptaculum, & expulsivum organum serosum. Proportio figuræ requisita similis, æqualis ostenditur in tota machina vivente inter fluidum cribandum, & emunctorium demandans, detrudens, expellens.

II. Necessaria talis diversitas emunctoriorum in ipsa organica vivente machina terminari debet. Viscera enim, & organa principalia, emunctoria multa possident pro multiplicitate succorum nutrientium: Respiciendum principale

cipale organicum animalis sedis, scilicèt caput, quod non paucis diversis struitur partibus, uti osseis, meniusibus, medullari substantia, glandulis, membranis, cartilaginibus, musculis, oculis, naribus, lingua, labiis, genis, & tantis aliis, & variis, quæ omnes nutriendæ, reficiendæ, conservandæ partes, quia diversæ, ideò indigent variis diversis liquoribus nutrientibus: Hinc tali principali organo animali tributa sunt multa necessaria diversa emunctoria, uti capillitium, furfuracea transpiratio, pilosa: mucosa ex naribus: Cerumicus ex auribus: lacrymarum ex oculis: sputis ex ore, & salivalibus canalibus, & per suturas coronalem, sagittalem, & temporalem non pauca exercenda, filtrata ex æqualitate succorum alibilium diversorum.

III. Diversa fluida elaborantur diversis in officinis figuratis, talitèr modulatis; nam causa varietatis saporiferæ, etiam figuræ æqualitatem requirunt. Filtratio, cribatio respiciunt dimensionem fluidi depurandi, undè fluidum cribandum non omittit suam naturalem figuram, dùm elucidandum est: illamque petit suam, similem, æqualem in dimensione circumscriptionem, quæ agi, duci, fieri debet à simili figurato emunctorio. Vitiatur fluidum in sapore, & figura, non cribatur à suo emunctorio: peccat figura emunctorii, & non fibratur salubriter fluidum elucidandum. Oculis concessæ orbiculares glandulæ, sivè emunctoria lacrymalia pro aqueo filtrando ejusdem rotundæ figuræ. Naribus oblongæ figurationes, uti mucositatum modulatio. Auribus labyrintica modulatio, uti ceruminis figura. Coronali, sagittali, lamdoideæ suturæ data figuratio similis, uti extant furfuraceæ modulatæ fuligines deferendæ. Cuti pilorum, capillorum eruptio: omnibus emunctoriis concessa veniet æqualitas figuræ consonæ depurandi fluidi.

IV. Emunctoria singula, nisi talitèr essent modulata in figuratione æquali cum suo succo depurando, ac cribando, nutritio nulla fieret; nam omne nutriens, ut sit adhærens nutriendo organo, debet esse lucidum, depuratũ à suo alieno

alieno fœculento: Quale fœculentum non cribatur, nisi figura propria capaci ducente, expellente: dum figura esset dissimilis in emunctorio, fluidum alibile non depuraretur, non adhæreret nutriendo. Experientia magistra nos edocet, quod viscus illud, quod multis variis succis nutritivis pascitur, etiam variis multiplicatis emunctoriis depurantibus gaudeat, & ex hac causa multos diversos morbos fert, patitur, distinctisque afficitur; quoniam multiplicatio succorum, & multiplicitas sedum filtrantium de facili aliqua occasionali molesta causa depravanti: undè vel peccat fluidum in sapore, & figura, vel cribans sedes affligitur ex data occasione molesta. Non potest salubriter servari semper universale viscus, uti caput, animalis regio, vel abdomen naturalis sedes tantis nutrita succis, tantisque dotata officinis cribantibus, in omnibus, & singulis, semper inviolans consonos sapores, debitas figuras tenere, ac inviolatis, perfectisque emunctoriis uti. Varietas, multiplicitas depurandorum liquorum, ac cribantium emunctoriorum ex effectibus, eorum necessarium, successivum motum cribativum continuum demonstrant.

V. Cribantia universaliora emunctoria sunt in machina naturali cutis, & Alvus: his duobus magis depurantur, & filtrantur liquores naturales: Quorum diversitas sistit in distinctione cœnosi ponderosi fœculenti, & insensibilis subtilis, roscidi, aquei depellendi: Prima alvina fœculenta, crassa, figurata, ponderosa filtratio est initiativa. Secunda illa cutanea est ultimans, at earumque emunctorium magnum, copiosum est. Alvina cribatio est, & oritur ex crassis non consonis applicandis moleculis habitis ex universali officina chylifera ventriculi, in qua cibaria omnis speciei, & cujuslibet saporis, & figuræ elaborantur: officina magna universalis, in qua elaboratur universale alibile habens omnes ideas rudes perficiendas, & necessarias singulis nutriendis partibus variis, distinctis, diversis, & ex tali sede debet polycrestum nutrimentum deferri universali machinæ vitali, in qua sunt partes osseæ, cartila-

tilagineæ, musculosæ, membranaceæ, & cœteræ omnes, quæ singulæ propriis similibus succis nutriri debent, & restaurari: quos succos, & varios nutritivos liquores diversos suscipere debent ab ipsa chylifera officina: ideoque eterogenea, magna, diversa, varia nutrientia, multiplicatæ figuræ, & multiplices sapores, scilicet tenues, mediocres, crassi, & omnis specificationis, & ideæ confici necessarium est. Hinc depuratio pultaceæ massæ chylosæ debet esse etiam magna, & eterogeneas fœces separans à tantis diversis succis adhærendis, & uniendis in motu variationis adhæsivo omnibus partibus. Datum igitur est emunctorium magnum aptum, potens deferre tantum eterogeneam massam fœculentam ex sede alvina: Ad quale munus cribationis magnum concurrunt organa magna, succi multi, & officinæ non paucæ. Ventriculus chylificans, & per pylorum deferens, intestina tenuia suscipientia saponarium filtrarium succum felleum: sequentia intestina grandiora caliaca, iliaca, recta; & passim depurantes, & ideantes succi lymphatici, pancreatici, nervei, & luciditates foventes ex glandulis, venis, arteriis. Ad perficiendum tantum magnum motum alvinum fœculentarum partium, tam causa copiæ, quam ponderis, & eterogeneitas, necessitant tantæ magnæ officinæ, tam numerosæ, continuæ, successivæ, ac non pauci succi saponarii, subacidi, salivales, nervei ad perficiendum motum peristaltium intestinalem, ac venosi, arteriosi, lymphatici, & alii: Omnia hæc adjuvant, concausant, perficiunt, ultimant talem magnum successivum motum cribativum alvinum in depuratione prima universali magna, eterogenea chylosa per alvum. Cutanea secunda insensibilis dicta transpiratio, sivè sensibilis sudor. Hac sede filtrantur, ultimantur succi nutrientes in vivente sugitur, & continuo gyromate refertur alibilis succus universalis: omnesque partes reficiuntur succosa alimonia, ac aliquali fœculenta tenui affecta, à qua spoliari debet prorsus alibilis deletus succus: & quia talis succus alibilis defertur præcipuè per canales arteriosos, reassumitur per ductus venosos,

nosos, causa gyrematis, & ordine motus ducitur in fibras motrices omnes per articulos; ideo fabricata est sedes cutanea innumeris milliaribus nodulis, sivè glandulis structis ex nervulo, arteriola, & venula: His pregnans fit cutanea emunctoria sedes, & continuo successivo motu demandat foras insensibili transpiratione continuas fœculentas fuliginosas fœces, vel sensibili sudore omne illud, quod alienum, fœculentum est ultimæ adhæsioni nutritivæ, indeque spoliat ultimatè ipsos omnes succos alibiles uniendos, alligantes, adhærendos restaurationi universali singularum partium, quæ cribatio universalissima est, & copiosior omnibus una alteris aliis filtrationibus alvinis, per urinam, sputum, omniaque alia emunctoria habitis. Ultima est hæc, sed perfectior, necessarior, utilior, & universali nutritioni dicata, ultimata. Una ex his remota, diminuta, molesta, depravata, eveniunt non pauci morbi, non leves molestæ affectiones morbosæ.

VI. Motus cribationis in organica machina exigit diversa emunctoria ex fundamentali causa orta ex iis, quæ struunt, quæ conservant, quæ nutriunt, quæ durationem sustinent in vivente mole. Figuræ, & sapores eterogenei suis distinctis salibus operantur structuram, motum, vitam, operationes omnes in vivente organico: quibus saporibus, quibus figuris eterogeneis initiat motus, augetur, conservatur, durat: facitque omne vivens suas operationes distinctas multiplices: Sapores diversi, & annexæ figuræ ex Anatome ostenduntur in distinctis officinis elaborari, cor fieri uti sunt sapores, & figuræ, & eorundem indoles, & ideæ, talis est modulatio in officinarum fabrica. Alius sapor in saliva, distinctus in subacido, amaro, & reliquis, cœterisque sedibus. Saporosi succi, & fluitantes figurati liquores debent cribari in machina. Igitur si sapores, & figuræ struentes liquores ipsos naturales sunt inter seipsos diversi, tali diversitate gaudere debent emunctoria depurantia dictos saporosos, figuratosque succos, aliter unum emunctorium sufficeret ad depurandos omnes liquores sistentes in machina ipsa, & non tanta multiplicia.

Geo-

Geometrica proportio totum hoc elucidat nimis. Concessa propria figuratione cuilibet naturali fluido saporoso, debet concedi etiam singulo fluido talis, & non alia figura, v. g. ovalis, pyramidalis, rotunda, longa, unginosa, &c. His positis: Nimis edocemur ex artificiali cribatione seminum frumentaceorum, quamlibet sementum speciem affectam sua figura, illam ipsam requirere in depurativa cribatione, imo omnem aliam respuit, neque cribatur. Circulus circulum petit: ovalis figuratio ovalem, bislonga similem: Si ergo diversitas secernendorum, & cribandorum in arte, talem diversam modulationem exigunt, quanto fortius in naturali intrinseca cribatione diversi sapores propriis distinctis figuris annexi, exigunt diversa emunctoria in motu cribativo.

ELUCIDATIO VII.

Motus Intrinsecus Necessarius cuique Organicæ Parti, & Motrici Fibræ.

I. MOtus multiplex est in omni vivente organico. Universalis in fibra universali impetum faciente, ex quo omnes singulæ partes motum suscipiunt illuminationis, impulsionis, & susceptionis nutritivæ. Vivit quælibet singula pars, & organica, vel similaris integrans motu proprio individuo intrinseco particulari, uti specificata in opere suo distincto, proprio, & causa structuræ integrantis machinæ: In cujus integritate, munere, annexione necessaria fert suum annexum opus: opus non solum integrandi ipsam machinam vitalem, at etiam uti officina proprii operis. Musculus omnis, glandula quælibet, membrana, ligamen, ossea pars, cartilaginea, & cœteræ singulæ partes, nulla prorsus excepta, neque remota suum munus exercet: quibus omnibus operibus, fibrisque motricibus particularibus construitur ipsa vitalis machina, & quibus salubriter, naturaliter annexis fit unum organicum universale habens, dicens, retinens uni-

vocum consensum cum omnibus, & omnes conspirantes in ipsum organicum totale. Consensus unus, conspiratio una, consentientia omnia. Horologium naturale est machina vitalis intrinsecè vivens, in quo horologio omnes partes concurrunt ad motum celebrandum, & singulæ motum suscipiunt à tota machina. Artificiale servat partes in motu ritmico, at singulæ annexæ conspirant ad motum horologii structi.

II. In omni organica sede motus fit talis, qualis ei signatus venit. In officinis in Anatome habemus motum individuum fieri, & distinctum particularem necessarium: In salivali, in chylifera, in subacida, in limphatica ipsa, nervea, saponaria, cruorizante, reliquisvè officinis, quarum officinarum usus, & munus conspirant ad motum universalem conservandum, struendum, perficiendum, ut uno particulari motu individuæ partis, ac sedis remoto, vel graviter læso, statim ipsum organicum universale molestiis afficiatur. Sunt motus perficientes, & conservantes universalem motum.

III. Organica universalis moles vitalis quælibet regitur, vivit, durat, conservatur universali fluido, ad cujus polycrestam indolem fabricandam concurrunt omnes succi, & liquores particulares facti, elaborati, perfecti in suis officinis, ex quorum singulorum liquorum unione, & copula fit unum universale alibile, & nutriens. Omnes tales succi moventur motu proprio à suis sedibus in deportatos necessarios usus, uti movetur saliva à suis glandulis parotidalibus, chylus à ventriculo, succus amotus à felliculo, subacidus à pancreate, & cœteri omnes confluentes in unum cordiale polycrestum deferendum, perficiendum in omnes singulas viventes integrantes partes: quem motum universalem cordialem conficiunt omnes particulares motus, & liquores delati à suis sedibus: fit unus polycrestus motus, & universale alibile ex tot, tantisque particularibus succis, & elaborantibus officinis moventibus, perficientibus primariò proprios succus, indeque conspirando in unum universalem motum, generalissimum gyrema, & uni-

& universale nutrimentum totius machinæ, & singularum partium integrantium, perficientium universalem motum, & vitalem ipsam molem.

IV. Parte qualibet integrante remota, recisa ab ipsa vitali mole organica officina, non datur rectus motus universalis ipsi machinæ: deficit ipsa dum officina est elaborans aliquem succum motui suo particulari: deficit salivalis, vel chylosa, saponaria, lymphatica, &c. Tanta est necessitas motus individui cujuslibet ad perficiendam durationem vitalem: Si defecerit musculosa, ossea non officina, tunc manca, defectiva redditur in illo proprio exercitio; attamen hoc evenit in operibus potius externis, tum verò intrinsecis ipsis, quoniam ex horum deficientia, ipsa machina, vel repentè, aut gradatim perit.

V. Extat cuique motrici fibræ particulari, & individuæ propria figura, naturalis consonus liquor, succus alibilis, quo nutritur, quo durat, quo suum motum individuum exercet. Data enim propria ovali, conoidali, gibbosa, pyriforma, aliaque, & posito suo univoco saporoso fluido, quo nutritur, necessariò tali motrici fibræ particulari debet concedi, assignari motus individuus particularis proprius. Qualem reperies partem, qualem dices particularem structam sedem, organicam, osseam, musculosam non habentem suas proprias figuras, suosque sapores, quibus alitur, firmatur, durat? In his, ex his ligatis, positis oritur organicum quodlibet, sivè particulare, sivè universale, & dum organicum extat, & pascitur suis saporibus, firmatur suis figuris necessariis, debet suum individuum retinere motum, fibramque individuam motricem, qua gaudet in motu proprio.

VI. Fibra singula motrix soliditate gaudet, ergo organica est. Organica ergo ex se movetur, non organicum omne dicitur, dùm retinet omnia necessaria ad operandum. Opus motus intrinsecus est. Est fibra motrix solida, est organica: retinet, quia organica omnia necessaria ad opus suum: operatur, vivit, movetur motu intrinseco proprio.

VII. Motus motricis fibræ est dictus, & positus, ut ab ipsa tribuatur expansio, micatio, & omnis alius debitus motus articulo, cui adhæret: omnis articulatio, singulum articulum in machina movetur intrinsecè, & à sua motrice fibra movetur, sed illo motu consono naturale dicato dictæ articulationi ex motrice fibra.

VIII. Necessarius motus in qualibet organico, & motrice fibra, pluribus ex causis. Micationis, nutritionis, consensus, conspirationis, expansionis, constructionis, illuminationis, ideationis propriæ, & deferendæ fluidis singulis, & solidis ipsis perficientibus, saporizantibus officinis: qui motus, quæ operationes intrinsecæ, & extrinsecæ nullimodè obtineri possunt, non habitis fibris ipsis motricibus, partibusque singulis moventibus: Est unum universalissimum corpus quantum, dimensum, figurarum, vivens, exercens multas diversas operationes intrinsecas, & extrinsecas; ideòque indiget tot, tantisque partibus agentibus, perficientibus dictos multiplices diversos motus; & hoc non nisi ex ipsis partibus, fibrisque multis motricibus distinctis, diversis.

ELUCIDATIO VIII.

Motus agitur in omni ideante sede.

I. MOtus ideationis in principalioribus organis statuitur. Viscera magna, nobiliora struentia vivam machinam ipsam, tantummodo vitalitatem modo suo illi tribuunt, & quæ necessaria motui universali præbent; at quoque deferunt omnia ea consequentia, & necessaria specificationi universali, & individuæ similitudinis, proportionis universalis ideæ saporiferæ, figurationis, ac dimensionis migrandæ in ipsam viventem organicam molem. Fundamenta talium consequentium specificationum sunt ideæ ipsæ, quæ suis terminatis saporibus, & circumscriptis figuris imprimuntur primariò in succis singulis naturalibus, & ab his deportantur, & migrant in solidas

Idealog. Iconis. XI. n. 59.

lidas partes, causa nutritionis, & fœcundationis. Tales impressiones ideales fieri debent, & imprimi à proprio activo capaci organo, & duci, imprimi necessitant fermentativo, impressivo motu in, & ab ipsis similibus officinis.

II. In omni viscere ideante consideranda venit fibra motrix, quæ inest cuique parti, ut vivat. Non semper, nec quælibet motrix fibra ideans est. Ideatio supponit in organo ideante motricem fibram, non è contra tamen. Testes masculei sunt officinæ fœcundidatis, & seminalis propagationis, at non semper ipsis testibus, & tali officinæ inest munus fœcunditatis: movetur fibra, sed non ideat; nam ideatio est perfectissimum opus, & supponit omnia apta, valida, fortia organa. Ætas infantilis, puerilis, & ultimæ senectutis non dotantur munere ideationis prolificæ. Animalis sedes cogitativa non ideat teneris annis, neque dissono organo habito. Ideatio supponit fibram motricem, at fibra motrix non semper est cum ideatione.

III. Omni concessus motus proprius specificans suam ideam universalem specificam. Leoni, camelo, equo, omnibusque speciebus: qui specificans universalis motus est ex seminalibus fluidis delatus, ideans fœtum similem parentibus. Talis motus universalis fundatur, & oritur ex fluidis, succisque singulis ideantibus universalem motum: in leone specificant talem motum fluida ideata omnia leonina; in equo succi ideati equini, in cane liquores ideati canini: quæ ideata fluida unita concurrunt ad structionem seminalis polycresti ideantis liquoris generationem fœcundantem, & ovariam moventis extricantis. Si ergo fluidum universale seminale ideat speciem ex ideantibus succis ipsius generantis machinæ: Certo certius omnes liquores, singulique succi ideati debent prius suscipere ideationem propriam in propria sede, & ex sua naturali officina. Omne igitur fluidum ideari debet in sua, & ex sua officina organica, & suscipere ideationem semispecificam in suo organico viscere. Alius est chylus specificatus in ventriculo leonis, alius in ventriculo equino, distinctus

in

in urso, cœterisque: sic succus felleus, subacidus, nervinus, salivalis, lymphaticus. Ideationes distinctæ, diversæ fiunt in diversis speciebus, licèt in organo chylifero, viscere pancreatico, vase felleo, truncis lymphaticis: si enim eadem ideatione chyliferâ, subacidâ, nervinâ, lymphaticâ idearentur omnes succi particulares in omnibus machinis, certissimè iisdem gauderent motibus: equus operaretur, ut leo, ursus uti leo, canis uti camelus: quod vanum est.

IV. Viscere nullo principali excepto, at in singulo opus ideationis conficitur. Nullum naturale fluidum ideatione in sua specie caret: omne fluidum suam sedem, & viscus agnoscit, à quo, & in quo perficitur, ideatur, nullumque est viscus perficiens proprium fluidum, & illud ipsum fluidum non ideans, non signans sua ideatione.

V. Ideatio agitur annexione inter contentum, & continens. Omnis officina, singulum viscus suum succum continet, quo alitur, restauratur: igitur & continens, & contentum cōcausando ad invicem symboloitatem, ideantur: hinc liquores, succi motum ideationis suscipiunt ex intrinseca annexione semper habita inter continens, & contentum singulum, scilicèt inter viscus continens, & succum contentum.

VI. Agitur motus ideationis præcipuus ex motu nutritionis continuæ, successivæ. Quodlibet viscus, quælibet pars nutritur in vivente mole; sed nutritionis motus celebratur, agitur, fit inter similia adhærenda, & æqualia suscipienda, ac sugentia, recipientia organa; inter solida restauranda, nutrienda, augenda, & succos decurrentes restaurantes, nutrientes. Quæ similitudo, & æqualitas semper fit ex æqualibus figuris, & consonis saporibus, sic nutritionis motus auctivus, & restaurativus agitur: quæ similitudo, quæ æqualitas, quæ proportio consequitur successiva impressione gradatim acta inter mobile nutriens, & organicum nutritum. Talis successivus gradatim factus nutritivus motus saporizatus, figuratus est ipsa ideatio intrinseca acta in quolibet viscere, singula parte nutrita, & succo

co alibili adhæsivo, annexo, unico. Est simultaneus ergo motus nutritionis, & ideationis, & sicuti nutritivis motus est necessarius, & talis agitur in quolibet, & ex quolibet viscere, ita pariter ideationis opus.

ELUCIDATIO IX.

Motus in omni nutritione necessarius.

I. MOtus nutritionis universalissimus est, & ultimatus, finalis, omniumque perfectissimus. Finalis est causa, cujus omnes alii motus aguntur: Initium cujuslibet viventis machinæ construens suscipit à motu nutritivo dimensionem, augumentum, fundamentum fortitudinis, & perfectæ structionis, ac durans in mole organica. Ultimatus motus in omni vivente est, nam ex ipso omnes perfectiones, operationes vitales, naturales, & animales perficiuntur, fiunt, durant: ex ipso motu nutritivo universalissimo oriuntur omnes singuli motus particulares cujuscumque specificationis in vivente machina: nulla exilissima pars, nullum organicum, nulla officina, nulla compositio, nullus qualiscumque motus, etiam pilorum, ungium, & capillorum minimus, agi potest, negato motu nutritionis universali. Nullum fluidum, nullus liquor, nullus succus, nulla fœcundatio, nullus sapor, nulla figura in mole reperibilis venit, nec duratio, nec vitalitas, nec fortitudo, neque dimensio, similitudo, proportio, inter partes, neque naturalis debita eterogeneitas, si nutritionis motus deficiat, sit molestus, depravatus, insalubris omninò: imo motus omnes etiam morbosi nutritivi non possunt privari aliquali motu nuttitionis, aliter obitus oritur. Est nutritionis motus, non solùm universalissimus, sed necessarius omnibus, ut ex ipso omnes alii dependeant motus in machina ipsa qualibet vivente, tàm interni, quàm externi naturales, morbosi, neutri, omnesque alii.

II. In omni machina considerantur partes singulæ solidæ,

læ, & succi omnes fluentes, ex quibus vitalis organica moles conficitur, & fibra universalis motrix dirigitur, operatur, movetur, ac omnes individuæ operationes fiunt in specifico organico. Solus motus adhæsivus nutritivus restaurat, nutrit, elucidat, auget, tàm solidas integrantes partes, quàm omnes succos, liquores, & singula fluida naturalia in statu naturali. Igitur naturalis necessarius motus in omni nutritione. Motus efficit, motus ducit, motus perficit, motus auget, motus dimensionem dat, motus adhæsione alibili durationem, ac vitalitatem præbet.

III. Omni fluido naturali gyrematis, sivè circulationis motus concessus ex multiplici causa, quarum una est cribationis necessitas, & altera ideationis, ac successivæ, continuæ nutritionis: motus tales diriguntur, impluntantur singulo fluido ad ultimandum, & consequendum motum nutritivum necessarium: quo motu tota universalis machina vitalis conservatur. Removetur gyrema fluidorum naturalium, omittitur nutritivus motus, obit vivens organica moles. Fluidorum circularis motus est directus ad consequendum motum nutritivum.

IV. Nutritionis motus universalissimus est, non solùm quia omnes vitales partes perficit, nutrit, restaurat, & omnes succus particulares ab ipso ducuntur; sed etiam universalis necessarius motus est ex alia maxima necessaria causa, scilicèt exigitur, & necessitat, quia omnes motus ideantes, & partes solidas, & fluidas, succusque singulos naturales, fiunt, deportantur ex ipso motu nutritivo; quoniam impressiones ideantes, & ideæ ipsæ imprimuntur ex annexione, & copula saporum, & figurarum sistentium in fluidis naturalibus, sed adhæsivis: Adhæsio, & impressio saporifera; figurata oritur ex copula fluidi nutrientis dati modulati saporiferi figurati; quæ imprimenda, stabilienda adhæsio nutritiva ipsis solidis ideatis partibus, nullimodè fieri, & obtineri potest, nisi motu nutritivo. Fluidum fit, movetur, cribatur, perficietur, ideatur, nutrit, & ultimò adhæret successiva continua adhæsione à fluido in semifluidum, & denique in ultimam soliditatem similem

lem nutrito solido. Ideationes omnes in fluidis, & in fluida, ac solida corpora deferuntur à motu nutritionis facto.

V. Necessarius nutritivus motus in viventibus perfectis sensitivis, piscibus, avibus, reptilibus, verminosis, fungosis, omnibusque, & singulis ab intrinseco augmentum, restaurationem, ac durationem vitalem habentibus. Nutritivus motus est ita necessarius, uti est vitæ naturalis necessitas. Vitalitas pabulo suo naturali initiat, perficitur, durat, stabilitur proportione, & gradatione pabuli sui: Luminis initium, duratio, magnitudo ex suo oleoso pascibili alibili gradatione, excellentia, magnitudine. Lumen vitalitatis suo simili pascitur aucto motu pabuli nutritivi, cujus copia, luminositas, gradatio fert vitalitatis esse, durationem, magnitudinem, proportionem. Necessarius igitur motus in omni nutritione.

EPITOME ICONOLOGICUM.

HIs antecedentibus patefactis, & elucidatis, cuique Philosopho notum venit, machinas viventes omnes construi, specificari, & variè, distinctèque operari ex modulatione, copula, annexione habita, facta ex figuris, saporibus, & consequentibus motibus, ortis, deductis, & modulatis in primo, & ex primo Aqueo capacissimo universali suscipiendi, modulandi ab omnibus salibus, saporibus, ac figuris traductis ex successiva propagatione à suis primis generantibus, germinantibus in proprios sensitivos, & vegetativos fœtus. Verus, peritus, doctus Philosophus suasus est ille, qui non byltricis ducitur fallaciis, sed demonstrativis rationibus, sed illis rationibus, quibus Anatomica documenta, & experientia duce uniuntur. Auctoritas non Auctoris dicto clara, manifesta, vera fit, sed demonstrativa ratione firmata, cui experientia copuletur, rationabili fundamento, & experto firmatur. In multis experientia deest, & utimur rationibus, ac auctoritatibus, sed scholasticis dictis, non verò in illis naturalibus, quæ Anatome patefacta, visa, nota, clara fiunt, minimèque

auctoritate indigent. Qualiscumque vivens machina cujuslibet generis, specificationis sit, Anatomico cultro subjacet, visui patescit, & experientia clarescit in suo initio, productione, generatione, vitalitate, motu, duratione, opere, omnibusque, & singulis consequentibus annexis naturalibus, neutris, molestis. Docet anatome, cessat auctoritas: demonstrat experientia, non est alia investiganda ratio.

Fuit ab altissimo immenso Creatore in universali creatione integrum opus in herbis, plantis, sensitivis, viventibus omnibus, eisque tunc dedit propagationis, multiplicitatis munus, tàm multiplicari in seminibus secundùm genus suum: singulis etiam creatis propriam germinationem, ac generationem in propagatione successiva eis concessa.

Figuris, saporibus, & motu consequenti nobis clarè, & anatomicè innotescit, & non brevi scrutinio elucidatum venit successivas propagationes fieri, & conservari in viventibus à progenie in progeniem, à germinatione in germinationem, productione, & generatione in generationes omnium perfectorum viventium, ac minus perfectorum etiam. His enim positis, & ordine naturali modulatis, & annexis non minùs, ac in arte factis evenit imitantibus naturalia opera, oriuntur germinationes, productiones, generationesque omnes, & firmis rationibus, patefactis experientiis anatomicis, quia ultrà cogitandum necessitat, aut scrutinio ferendum venit recursum habere ad ignotas byltricas inventas rationes tantis argumentis, tantisque objectionibus subjectas? Esset idem, ac si quis habens elucidatum, verum, clarum, patefactum, & fundamentale ABECEDARIUM, ex quo omnes dictiones notas, vocum expressiones, amicabilem, sociabilem, claram, jucundam intelligentiam, & universale dictionarium possideat omnium exprimendarum cogitationum, & deferendarum operationum, uti de facto in præsenti nostrum Abecedarium est: Hic talis homo vellet, cupiat aliud Abecedarium ignotum, carens veris notis, & anatomicis signatis

tis literis conficere obscurum aliud, & explanandum illud tricis, & complicatis objectionibus, & argumentis, ut amicabilem sociabilem vocum, & passionum deferret; nonnè tantus iste Philosophus futilis, & inanis censendus esset? Parce, virtuosissime lector, anatomicis crede firmis operibus, & rationibus experientia unâ copulatis: Sic tuum ingenium dirige.

Figurarum naturalium necessitas, annexio fluidis naturalibus vegetativis seminibus, varietas, distinctio, multiplicitas singulis etiam fungosis, ac viventibus perfectis: quorum structura, & circumscriptio fert durationem, fortitudinem, vitam, & motum quemcumque, dimensionem, modulationem, similitudinem, & specificationem aliqualem inter viventes machinas, ac dissimilitudinem quamcumque, etiam molestam, & monstruosam: Saporibus consequentibus figuras ipsas, veluti sinus, & ipsis inesse fœcundationis munus in vegetativis, & sensitivis singulis, initium generationis, ovulationis, organizationis, vitalitatis motum, & nutritionis, ac conservationis. Motus omnes intrinsecos naturales fieri ex figurarum, saporumque copula fermentativos in succis expressis, ipsisque naturalibus fluidis, cribativos, nutritivos, ideantes consequi: ex his oriri, conservari, ac extricari successivè continuò vitalem machinam in vegetativo genere, sensitivo, reptili, aquatili, volatili, terrestri, verminoso, & fungoso; simulque specificare, individuare organicas viventes machinas ipsas, tam causa generationis, quàm ideationis naturalis, & fœcundationis, similitudinis, turpitudinis monstruosè. Dices uno verbo: Ex ipsis figuris consonè circumscriptis, & saporibus variè modulatis confici, veluti ex universali ABECEDARIO dictiones innumeras, pulchras, turpes, lætas, jucundas, religiosas, honestas, suasiones virtuosas, & in omni scientifica disciplina expressivas ex ipsa abecedaria diversa modulatione, sic ex ipsis figuris, & saporibus repræsentantibus Abecedarium ipsum confici, fieri, & ordine naturalis modulationis, & à semine fœcundo saporifero, &

fœcundato ovo, veluti ex massa specificari hoc, vel illud genus viventium, vegetantium, & machinarum omnium. Non tibi, nec cuique vero virtuoso Philosopho quippiam elucidatum sit: quod oculis, & anatomicis patefactis expertis demonstratum non veniat. Forsan inferioris, & submissi ordinis erunt, ac nullius dignitatis, & excelsæ admirationis machinæ viventes primi ordinis intrinsecè, & ab intrinseco tantas mirandas operationes exercendo, ipsis inferiores artefactis operibus? Ex metallo, auro, argento, ferro quanta miranda innumera multiplicia, diversa, specificantur opera, ut ex solo ferro ligo, securis, falx, campana, & tanta diversa modulatione figurarum devenit ferrum ipsum ad structionem horologii mirandi, nunquam satis artificiosi laudati operis, ut ex ferro sic diligenter modulato, ferè vitam artificialem habemus? Ex ligno, & fabro lignario ex eisdem tabulis obtinentur, struuntur ex diversa modulatione figurarum tanta diversa pulchra artefacta. Sic pictura paucis fundamentalibus coloribus gaudens, innumeras, diversasque struere imagines, & picta sat, satisque elucidatum quæso tribue digna digno, dum similia inferiori das.

ENUCLEATIO IV.

Vegetans machina scrutinio ducitur.

NObis concessa viventium multiplicitas naturalium singularum machinarum, quarum nonnullæ vegetant, aliæ verminescunt: sunt reptiles, volatiles, terrestres & in genere sensitivo numerosæ perfectæ. Cuique suæ figuræ, naturales sapores, consoni motus sunt; horum in præsenti elucidationes veniunt, & in præsenti à vegetantibus initium deducere.

ELU-

ELUCIDATIO I.

Intrinsecum vegetare, quale veniat.

I. INtrinsecum vegetare, & opus vegetationis excogitare, veri Philosophi est: non verbis tricis, objectionibus exarare; sed veris anátomicis elucidationibus patefacere. Qui naturales viventes machinas, aliavè phenomena ità explanat, hic Philosophus distinguens, scrutans, dividens verum à fallaci, & abscondita luci deferre. Vegetat herba, virescit planta, crescit, augetur, perficitur in circumscripta sua dimensiva figura, & mole, omne vegetans; at quo intrinseco archeali, lucido, roscido, expansivo, auctivo, hoc scrutinio ducendum. Non enim aliquo saporabili, distincto excogitato In, & A planta virescente fit. Separabile non erit unquam, nemo huc usque vidit in viculis, vel plateis, sylvis, hortis, aliisve locis vegetationem ambulare, ut plantis, herbis vegetantibus ipsis uniatur, copuletur. Vegetare, virescere, crescere est herbaceum ac plantiferum insitum in ipsa machina ex figura, & sapore seminali impressum, annexum, modulatum. Sonora expressiva quælibet dictio est ex modulatis ipsis abecedariis literis. Sunt ipsæ in ipsa dictione: & ipsa dictio ex ipsis literis. Non puerilis eductio byltrica ex supposita materia, illusio, & anilis fabula. Vegetat, crescit, augetur, perficitur herba, vel planta circumscriptis figuris, suisque affecta saporibus, proprio consono motu dotata proportione propriæ speciei. Solidescit figuratum, delatum saporosum, fluidum successiva modulatione nutritiva in solidam expansivam quantam dimensionem circumscriptam ab idea seminali naturali traducta ex fœcundo vegetante semine. Nec herba, nec planta, neque truncus virescit, crescit & expansionem adipiscitur majorem, nisi suo fluido naturali fœcundo intrinsecè soluto, indèque delato in herbam & vegetantem plantam ipsam germinandam, ibique gradatim solidescit, durescit tan-

ta.

ta circumscripta figura, quantam exposcit propria species. Dum crescunt, & expansionem acquirunt majorem, sic modulantur vegetantia singula. Est.

II. Vegetare semina herbacea, plantifera, radices, truncos omnes, & vegetantia singula suis sinubus gestare nihil aliud est, nisi in suis modulatis circumscriptis cavitatibus tenere, possidere sua naturalia fluida figurata, & saporosa sed non soluta, at proximè apta & capacia solvi motu extricationis fermentativo: quo motu solvuntur saporosa salia, laxantur morosæ figuræ sistentes: indutis, durisque vegetantibus seminibus: In truncis, & radicibus plantiferis fiunt fluitantia ipsa nutritiva saporosa fluidâ nutritioni apta ducibilia, & deferenda in sinus otiosos restrictos in ipsis duriusculis seminibus, truncis, plantis, & seminibus. Quale tempus, antequam solutionem patiantur liquores, sapores, & figuræ in ipsis fluidis fœcundis, dicitur tale tempus vegetationis in ipsis seminibus; non vero dicitur tempus Expansionis nutritivæ. Omnia vegetantia semina ante motum extricationis in salibus, & fluidis contentis in quolibet semine, tunc dicuntur dicta semina vegetare, non vivere, sed proxima vitalitati ex dato motu solvente sapores seminales, & figuras & terreo sinu, & universali elastico, vel ex nimia intrinseca turgente copia salium, uti carpis, ovulis bombycis evenit spontè crepitantibus ex solutione intrinseca fœcundantium salium in ipsis seminibus, saporibus, ligatisque figuris: quo extricante motu seminibus dato, truncis, radicibus, & plantis, incipiunt vivere, intrinsecè nutriri, augeri, expandi, perfici, & in debitam, naturalemque dimensionem, circumscriptamque figuram deferri.

III. Quale igitur exposcat vegetare necessarium, ut sit vivens vegetans ipsum. Requiruntur in vegetationis fundamentali idea, ut vegetans moles sit solida, vel semisolida: necessitat secundo organizatio, licèt rudis diminuta. Requiruntur sapores, figuræque inter se naturalem annexionem habentes: & una simul fluida sistentia semisolida latentia in organica mole, suis nutritivis salibus affecta,

fecta, & non ultimo loco, sed ferè primo necessarium est, dicta fluida sint seminali idea sufficienter dotata: uterinæ cavitates repræsentantes, continentes talia fluida semisolida fœcunda, capacia solvi, liquari, uniri, & motu, ac fotu elastico non dissono. Hæc omnia exposcuntur, ut vegetantia semina proxima potentia, & modulatione posita, possint ex vegetativo statu transire, & deferri in vitalem viventem machinam vegetativam, mediante motu extricationis. Quibus gradatim elucidatis sit:

IV. Vera singulorum requisitorum explanatio. Fluida, liquores non vegetant, quia figura communicabili ducuntur, & gaudent, nec organizationem tenent. Quæ vegetantia sunt, propè vivere apta sunt, nam idonea sunt, Indigent necessaria organizatione, quæ vitam habent, ideoque illa, quæ vegetant solida, aut semisolida structura gaudere debent, uti sunt virides trunci, radices, semina singula vegetativa frumentacia, & plantifera. Est necessaria in vegetatione organizatio, quamvis rudis, & imperfecta ex præcisa causa ducenda in specificatione; nam nulla datur vitalitas, neq; intrinsecus motus, nisi in organica parte fiat; aut ad minus rudi organizatione. Instrumento motus vitalis sunt organa partium geometrica naturali modulatione peracta in machina vivente, quæ machina carens organis, etiam privatur vitalitate. Quæ vegetant proximè vivere idonea sunt; undè organizationem exposcunt, sivè modulationem figurarum solidarum, licèt imperfectam, ac rudem. Semina, radices, virides trunci actualem intrinsecam organizationem tenent; aliter vegetare non possunt, neque dicuntur. Quibus deest organizatio, illis deficit vegetatio. Vita consequens vegetationem, requirit nutriri; aliter non vivit: nutritio agitur mediantibus organis suscipientibus liquores necessarios sapore, & figura affectos. Sic insipidæ si fuerint, mucidæ remotis fatibus, & figuris radices, vel aliæ moles, ipsæ non vegetant. In saporibus extat extricationis consequens motus; in figuris circumscriptio, dimensionis quantæ seminalis organica; specifica specificatur: undè figuratio

præbet

præbet motum consequentem organicis ipsis, quia mater saporum. Sic nutritiva fluida semisolida esse debent in vegetante; nam si pabulum vegetantium esset omnino fluidum; tunc foràs, & extra sinulos, sivè capsulam extruderetur, aut depelleretur, nec capax esset suscipere motum extricationis, nec ebullire, neque crepitare, aut vitam initiare. Omnibus frumentaceis seminibus, & plantiferis truncis, ac radicibus nutriendis, debet amicabile, jucundum, maritale, consocium, consonum, annexum pabulum nutribile adesse, & alligatum necessario granulo fœcundo, seminali germine dicto, & in figura semisolida, non tamen fluitante: Truncis viridibus, radicibus germinantibus inest nutritivus succus, duriusculus semisolidus capax extricari, solvi, fluitare, dum extricationis, & expansionis, ac nutritionis motus initiat in truncis, & radicibus, & in herbis, & plantis, ac vegetantibus seminibus expansione aptis. Quæ nisi seminalem fœcundationem habeant, nec vegetare dicuntur, neque possunt. Quibus seminibus deest granulum seminale fœcundum germen dictum, iis nulla conceditur vegetatio, neque consequens vitalitas. Ad formicam edocentem vade, dirige te ipsum. Illa enim colligens frumentacea semina æstivo tempore, & ea reportans in absconditos sinulos, sivè horrea, statim carpit ab illis seminibus conservandis diù, & hyemali tempore, granulum fœcundationis, sivè germen, ut pluvioso tempore, vel fotu terreo, vel elastico universali non germinent collecta semina, solutis fœcundis salibus seminalibus in granulo, sivè germine contentis. Seminalis idea saporifera in germine, sivè in granulo fœcundationis manet, quo remoto vappidum, & insufficiens redditur ad germinandum? In vegetante mole inspicitur uterina capacitas, in qua fit ovulatio, qua continentur sapores, salia, figuræ, organizationes rudes perficiendæ, ac etiam secundinæ duræ, & mollis structura, uti in oviparis, & viviparis est. In seminibus vegetantibus hordeaceis, triticis, aliisque plantiferis, duæ observantur vestes, sivè indumenta: quorum unum durum externum, aliud molle internum. Semini-

bus

bus ipsis truncis, plantis, radicibus, & vegetantibus singulis insunt cavitates æmulantes sinulos uterinos: conspiciuntur vestes dura mater, & pia mater, sivè agnitia, & durior secunda: adsunt omnia ex proximè apta solvi in suis salibus eterogeneis, ex quibus consequi possit extricationis motus, & vitalitas vegetativa. Non dissimilis nutritio in omni genere ex pabulo annexo, delato, vel suscepto à terreo sinu universali machina, & mammis. Ordo, & status vegetationis non dissimilis à nutritione vitali, nisi distinctione specifica.

ELUCIDATIO II.

Crescere intrinsecum unde, quomodo in vegetantibus fiat.

I. CRescere potuit, ergo vegetans. Semina quæcumque frumentacea, plantifera, fœcunda servant in eorum mole, structura modulatas exiles partes, tàm organicas, quàm nutritivas saporosas figuratas expandendas, & dimensione majori, grandiori perficiendas, augendas à vegetantis indole, & idea, mediante motu extricante, & solvente semisolidos prolificos succos, illosque ducere in motum intrinsecum nutritionis, & vitalitatis.

II. Intrinsecum crescere supponit perfectam vegetationem in quolibet semine, trunco, radice viridi. Fundatur intrinseca vegetatio in annexione, & ideatione continente semisolidos succos motu nutritivo deferendos, & extricandos, solvendo ipsos in partes exiles, seminales deportandas: similiter vegetatio ipsa tenet organizationem, figuras, & sapores fœcundantes seminales in uterina naturali cavitate: quæ omnia morosa, & non extricata elastico movente, vel fotu incumbante, & consono; sed tunc quiescente, & dum quiescunt, tunc vegetatio dicitur. In oviparis ovulis fœcundatis continetur possibilis pullulatio, sic etiam in verminosis, fungosis, reptilibus, volatilibus, aquaticis ovulationibus: dum fotum, incum-

bationem proportionatam suscipiunt, tunc moveri initiant. In ovulis fœcundatis oviparorum sunt singula ea, quæ in vegetativis seminibus jacent, & restricta sunt: tali verò discrimine, ut fluida contenta in oviparis ovulis sint rudissimi absconditæ figurationis, & delineatione successiva indigeant recipienda à fotu, & extricatione successiva struente ipsam molem, eamque ducendo in pullulationem organicam perfectam. In ovulis vegetantibus (dictis seminibus plantiferis, & herbaceis) reperitur tota structura herbæ, ac plantæ crescendæ, & vitalizandæ ordine suo specifico: Rudes radices, rudes stolones, exiles frondes, & cœteræ partes herbaceæ, & plantiferæ in suo semine oculariter observantur; ut elastico motu, incumbationis fotu suscipiant alibiles solutos contentos sapores, fœcundosque succos, & illis nutriantur, grandescant, augeantur intrinsecè herbæ, & plantæ. Quod intrinsecum crescere dicitur, dum motu intrinseco nutritivo augentur.

III. Undè feratur crescere in seminibus, truncis, radicibus, & vegetantibus; erit à primis solutionibus saporiferis censendum: hoc opus copulatur tanta, talique distinctione tamen, ut in ovulis fœcundatis singulorum oviparorum initiet motus crescendi, ac nutriendi præcedente modulatione delineativa in albis succis, & spermaticis ovo contentis: ex ipsis struitur modulatio pullifera organica moles, reptilis, & verminosa qualiscumque alia ex ovo enascens; at verò crescere consequitur organizationem, & motum præcedentem extricantem; quo motu fluida fœcunda, sic extricata bulliunt, & successivè delineantur: qua rudi delineatione facta, incipiunt dictæ rudes partes nutriri, & perfici. Undè pabulum annexum sit, scilicèt vitellum substitutum in ovulo pullificando nutritionis causa, & ex tali annexo vitello, sivè pabulo pascuntur sensim, & gradatim omnes perficiendæ partes in machina, & totalis machina ovipara ipsa. Undè suscipiens alibile gradatim, paulatim in machina crescere dat, & uti sensim crescit machina ex dicto pabulo, sivè vitello annexo, ità quoque ipsius vitelli diminuitur moles proportionata

nata mensura, & gradatione habita inter ipsum, & partes machinæ struendæ. In seminibus ipsis, non solùm fluida nutritiva fœcunda semisolida saporifera figurata, non adhùc modulata pro ipsa nutritione sunt; at quoque in grandulo fœcundo, sivè germine sunt singulæ rudes exiles partes ipsius nutriendæ, crescẽdæ, perficiendæ plantæ, vel herbæ: est in tali granulo fœcundo annexa succorum massa ligata radicibus ipsius fœcundi grannuli: Quæ massa, quale pabulum ipsi granulo continenti ligatum, retinet totam intrinsecam exilem herbam, vel plantam cum suis saporibus, & figuris, licèt non modulatis, sed successivè modulandis opere nutritionis gradatim faciendæ, & saporum, saliumque in ipso pabulo ligatorum, & annexorum. Quo nutritivo motu gradatim struuntur alibiles partes dicti fluitantis pabuli saporosi, & figurati, usque quo perficiantur radices ipsius granuli fœcundi continentis omnes exiles partes plantiferas, vel herbaceas: qua migratione, delatione successiva habita ipsorum saporum, & modulatione pabuli nutrientis in proximam indolem, figurationem similem ducitur augenda planta à radicibus annexis ipsi germini, sivè granulo. Sunt radicibus ipsis annexæ partes singulæ specificæ machinæ vitalizandæ: crescunt, struuntur, dimensione perficiuntur ex continua successiva solutione salium nutritivi pabuli residentis in cassula uterina seminis. Qua proportione agitur delatio, & suctio in, & ex radicibus fœcundi granuli, ex quo consequitur expansio, majoritas dimensionis in herba, & planta sapiente eosdem sapores, easdem figuras, indolem, modulationem, ac ideam specifici vegetantis. In ventriculo radicum figitur, perficitur alimonia universalis nutriens, & fœcunda modulata, & suscepta à sinu terreo usque ad perfectam dimensionem: undè in seminibus vegetantibus non delineantur partes uti in oviparis ovulis, sed augentur illæ exiles existentes in granulo fœcundo. Dicitur ergo in oviparis nova productio, & pullulatio ex motu extricante primo; sed in vegetantibus seminibus, dùm crescunt, vivunt, & augentur, dicitur crescere, nuncupatur major dimensio, sed

intrinseca prima initiata productio partium; quamvis sit initians nutritio in partibus exilibus: quæ nutritio nova dicit novam expansionem, grandescentiam, & majorem dimensionem in herba, vel planta; at non initiatas partes dicit, quæ vivere initiant ex nutritione facta ex solutis saporibus, sed non antecedentibus fluidis, & partibus exilibus in semine vegetante sistentibus.

IV. QUOMODO in vegetantibus, & non in oviparis sic fiat istud crescere, jam ex nuper largè elucidatis patet. Fit ipsum crescere universale in vegetativis, dùm ipsum alibile annexum, vel à terreo sinu delatum sumit, sugitque, & suscipit modulationem omnimodam totalem in ipsis, & ex ipsis radicibus gerentibus vicem ventriculi chylificantis, sivè officinam ventricularem. In tali sede ideantur succi nutritivi, & taliter modulati deferuntur in machinam ipsam, omnesque augendas perficiendas partes integrantes.

Idealog. Iconism. v. fol. 41. & seq.

V. In vegetantibus seminibus, & radicibus, in quibus sunt cavitates, surculi, sinuli repleti semifluidis ipsis; quibus solutis ex fotu, vel elastico quocumque movente, in ipsis quoque solvitur ideatus succus susceptus à planta ipsa, & ex sinu terreo à radicibus: quibus dato motu extricante, tali modulatione dotato, etiam motus suctivus specificatur: eoque aluntur, crescunt partes truncorum, & radicum, successivaque ideante data suctione ex terreis sinulis, à quibus sugunt succos consonos illos ultimantes, ideantes, deferentes singulis partibus nutriendis ultimam dimensionem, atque crescentem expansionem.

VI. Fit igitur clara elucidatio in ipsis crescentibus vegetativis, & notum; nam fieri constat expansionem, grandescentiam, perfectam naturalem dimensionem, & vitalitatem ipsam esse ex solutis semisolidis succis ligatis, & annexis granulo, sivè germini fœcundo, & ex radicali delatione data, & ex motu extricativo ipsis liquoribus, qui modulatione saporifera, & figurata specifica sumunt similitudinem ipsam nutritivam ideatam in radicali granulo, & seminali capsula, & in qua sunt omnes rudes sapores, figuran-

gurandæ circumscriptiones specificæ : quibus modulatur crescit, augetur, perficitur omnis quælibet machina, & ex vegetativo statu, & indole migrat, transit in indolem, statumque viventem, mediante nutritionis motu habito successivo in ipsis singulis fœcundis seminibus, viridibus truncis, & radicibus ipsis.

ELUCIDATIO III.

Seminalis Fructificatio stabilitur.

I. SEminalis sapor, prolifica fœcundatio, structura, plantificatio ad hunc apicem dirigitur, ut fructus capiantur ex tantis ideis, seminibus, nutritionibus, quæ unâ simul, & speciei propagationem, & jucunditatis suavitatem deferre valent. Est igitur seminalis fructificatio propagationis successivæ perpetuæ in vegetantibus ultima perfectio : quæ omni ætate, omnique tempore non agitur: non æquali tempore fit, crescit vegetatio ipsa seminalis: dimensiva tamen specierum etiam ducitur seminalis fructificationis, sivè ovulationis, fœcundationis opus. Non dissimili ordine, & modulatione organicis necessariis tempore, fœcundatione, nutritione, cavitatibus uterinis, solutionibus saporosis indigent successiva in eorum seminali fructifera generatione, ac propagatione, ac etiam perfectione ultimata semisolida, in vegetantium seminali propagatione fructifera dicta. Fœtus, fructus sensitivorum perfectorum viviparorum : pullulatio in ovibus : exclusio in piscibus, & fluvialibus, reptilibus, cœterisque ovipaparis singulis : seminalis fructificatio nuncupatur. Fœtus, pullus, germen diversæ specificationis sunt ; attamen in eorum productione, ac generatione non dissimilem (ordine tamen suo) seminalem fructum ferunt. Fungorum eruptio nonnisi in sua delineatione celeri, mediocri, ac tarda, sivè morosa, ex necessitate structionis diversa dicuntur, in quibus munus, & opus obtineri nequeunt, nisi seminalis fructificatio ultimetur. Igitur operæ pretium est

in

in præsenti scrutari, ac elucidare singula necessaria, necessitate naturali concurrenda in ipsis oviparis, viviparis fœtationibus, productionibus, & patefacere proportionem, similitudinem, æqualemque exigentiam requiri in seminali fructificatione, ac necessitat in ovipara, & vivipara pullulatione, & fœtatione.

II. Fructificatio herbacea, & plantifera vernulans perfectam, sensitivam fœtationem, exigit productionem ideativam, nutrientem, fœcunditatem, & ætatem pubertatis, ac ovariam uterinam organizatam officinam, & molem proportione structam. Producens materna masculia sedes radicum organica specifica; structura, aut ovulans, sive semen, ex quo, & in quo abscondita futuræ herbæ, vel plantæ eruptio, uti parientes generantes in sensitivis; quibus seminale fluidum & uteros, radices in earum sinubus, & officinis ideant succos nutriendos, ac deferendos specificos in totam herbam, & plantam, & tali ab ipsa radicali sede, uti fundamentum machinæ vegetandæ, & seminum fructuumque producendorum modulat liquores alibiles, eosque in figura, & sapore ideando in propria specie demandat successivæ nutriendæ plantiferæ machinæ, sicuti generantes sensitivi in officina ventriculi, aliisque naturalibus sedibus modulantibus conficiuntur liquores nutrientes, illosque demandant in virilem fœcundantem sedem, & in mulieribus ad uterinas cavitates generando ovula in suis Falloppianis tubis, & ovariis, causa futuræ generationis, & nutritionis peragendæ. Fœcundatio in masculo fœcundante, & organo testium obtinetur ut copula maritali: ovaria fluida prolificentur. In vegetativis radicibus, quia adest universa multiplicitas partium plantiferarum, & herbacearum; ideò ibi morantur succi nutrientes plantiferi, at eo tempore statuto pubescentiæ, veluti maritali copula in organo æmulante sedem talium virilium partium, tempore consono fœcundantur fluida ipsa; quæ fœcundatio requirit tempus pubertatis, non minus ac requiritur in sensitivis. Multæ sensitivæ machinæ prolificant, & fœcundant

Ideal. Iconis. VI. per totum.

eodem

eodem anno, imo mensibus, uti aves nonnullæ, passeres, ficedulæ, & aviculæ omnes primis mensibus, vel ad summum sequenti anno à nativa pullulatione: aliæ aves gradatim uti grandiora volatilia usque ad tertium annum non fœcundant, uti Pavones, sic varia ætas distintumque tempus pubertatis etiam in sensitivis. Camelus, Ursus, Leo, Equus, Canis, Lupus, Cervus, Ovis, & reliqua sensitiva vario, distintòque tempore gaudent pubertatis munere, in quo pubescunt. Sic in exilibus herbis fœcundatio accidit primis æstivis mensibus, primòque anno. Plantis tenuibus citiùs, & quæ majoris molis, & dimensionis sunt, sicuti pinus, quercus, cerrus, castanea, sorbus, malum, non fœcundant, nisi decimo, & usque ad decimumsextum annum, uti pinus est. Perfectæ plantæ sequuntur vestigia perfectissimorum viventium. Homo nobilissima, & perfectissima machina, non nisi decimo quarto anno fœcundatione dotatur. In his tarda morosa fœcundatio, quia debent perfici in dimensione quanta, in structura duriori, & forti fibra omnes partes integrantes ipsam machinam nobilissimam, & perfectam; ad cujus ultimam delatam debitam perfectionem, firmamque nutricem fibram universalem solidandam, necessitat multitudo annorum, successiva longa nutritio, ideatio omnimoda singulorum fluidorum, officinarum ideantium perficientium, modulantium ipsam, ut prolificatio & fœcundatio fiat. Tempus distinctum breve, mediocre, longum designatur in plantis, & herbis varium, proportione & distinctione varia diversa in quanta dimensione magna, mediocri, pusilla, à nobiliori, minus nobili, exili modulata mole. Uterinas cavitates ducendo, & annotando in duplici corticali veste induente qualecumque semen, uti in qualibet specie observatur. Hinc similitudo, fœcunditas, nutritio, ideatio, specificatio, pubertas, ovulatio, successiva structio seminalis fructifera in omni vegetante fit, & agitur; & si unum ex his deficiat in sensitiva gestatione, ac fœtatione, non sequitur partus, pullulatio, & seminalis effectus generationis; ità non dissimili,

mili, sed eadem prorsus causa evenit in productione feminum fructuum, & ovulorum vegetantium in machinis ipsis vetegativis.

III. Stabilitur seminalis fructificationis opus, munus, & tempus varium in vegetantibus singulis ex iisdem causis, & concurrentibus ad fabricam ipsam fructiferam. Sicuti in sensitivis designatur tempus mensium, & dierum in diversis speciebus: In avibus proportione magnitudinis pullulant ex incubationis fotu spatio vigintiduorum dierum in aviculis; in grandioribus usque ad trigesimumquintum, ut in pavonibus: Similitèr in piscibus ex eadem causa diversæ dimensionis, longum requiritur tempus, uti in cete, uti quoque inter terrestres bimestre tempus in canibus, & felibus: quinque mensibus fœtatio in ovibus, annuum tempus in equo, longum tempus in camelo. Plantis etiam idem discrimen, eademque varietas, & distinctio seminalis, & fructificatio inspicitur ex varietate dimensionis parvæ, mediocris, & magnæ. Fœtatio longior ex fabrica grandiori conficienda, uti in fructibus plantiferis eadem seminalis fructificatio distinguit tempus breve, mediocre, longum ex dimensione varia, & non æquali. Producat semen in semetipsa secundum, & juxtà genus suum. Fructificatio, generatio, pullulatio, fœcundatio, propagatio specifica exigit summum gradum perfectionis in fructificatione vegetativa. Fibra motrix organica requiritur perfectissima in machina fructificante, sivè generante, & ordine magnitudinis, fortitudinis, & indole, ac structura organica necessaria in qualibet machina, ità & talis requiritur levis, mediocris, & fortis ipsa fibra motrix universalis, & particularis in quocunque organico vivente: quæ proportio, & æqualitas intèr fibram motricem, & machinam viventem præcipuè designatur à dimensione, & magnitudine ipsius organici vitalis. Magnum dimensum organicum exposcit similem fortem magnam motricem fibram, & sic gradatim sicuti sunt dimensiones specificæ singularum viventium machinarum, ità & varietas motricis fibræ in ipsis. Munus, & opus fœcundationis,

nis, & fructificationis est ultimum opus perfectissimum cujuslibet viventis machinæ, quia ex eo propagationis successivitas, & hac causa tale perfectissimum opus fructificationis in vegetativis, pullulationis, & fœtationis in sensitivis requirit perfectissimam structuram undique completam, & fortem in ipsa fructificante, pullulante, & generante machina. Varium tempus itaque exigitur à diversitate, nobilitate, excellentia, & dimensione naturali necessaria in qualibet machina vitam habente.

ELUCIDATIO IV.

Anima Vegetativa, quæ intelligenda sit.

I. ANima, Animatum, Vivens. Vivens est crescens, sentiens crescens vivens. Crescens vivere est, quod intrinsecè movetur, nutritur, augetur, perficitur, vivit. Vegetare est posse, proximè aptum esse extricari. Quod vegetat in suis contentis saporosis figuratis succis aptis solvi, & soluti idonei ad nutritionem organicam molis, cui copulantur ipsi liquores: Quas figuras, quales sapores retinet machina quælibet, quibus integratur, quibus augetur, illisque, & ipsis perficitur, & à rudi modulatione organica in structuram perfectam, dimensionem naturalem grandiorem deferre. Plantifera, herbacea dicuntur vivere, dùm crescunt, nutriuntur, florescunt, fructificant, & majores expansiones ramosas, & frondosas tribuunt, ultimòque seminant ex causa intrinseca nutritionis, & motus. Non vegetare, sed vivere omnia ea, quæ in motu intrinseco nutriuntur, in quo fundatur vitalitas. Vegetare dicuntur herbæ, & plantæ, & omnia singula his annexa, dùm non jam motum vitalem ipsum intrinsecum sortiuntur. Non enim vegetare ipsum est intrinsecum vivere, quia actu non exprimit actualem intrinsecum motum in herbis, vel plantis, quoniam vita vivere, vitalitas est idem ac intrinsecè moveri, nutriri, augeri, frondescere, florescere, & tandem seminalitèr

fructificare; quod in rigorosa vegetatione, nec est, neque reperitur. Crescere est vivere rigorosum, quia ab intrinseco movetur. In herbis & plantis vegetare largissimè sumitur pro vitali intrinseco motu, quem actualitèr non habent, sed sola proxima, & potentia sunt in eo, quod vegetat proximè potens solutionem pati in suis contentis aptis integrantibus semisolidis, & solidis annexis, & dùm solutionem successivam patitur ipsorum saporum, & contentarum figurarum, tunc initiat motus extricationis dictus fermentationis, nutritionis, & expansionis: qui motus initians intrinsecam nutritionem in herbis, & plantis, cœterisque similibus; non est motus vegetationis, sed intrinsecus motus crescens, auctivus, expansivus, nutriens, perficiens: Quo initiante motu habito, tunc est vitalitas: quam tu dices Animam vegetativam: diceret quis, quod in seminibus, truncis, radicibus, dùm non crescunt, non extricantur, tunc sit morosus, & otiosus motus nutritionis, quoniam actu non adest solutio nutrientium deferendorum succorum, neque adest expansio, nec actualis nutritio, undè vegetatio esset in seminibus, recisis truncis viridibus, & radicibus morosus motus nutritivus, & ideò vegetant, non crescunt, non vivunt. Plantæ, herbæ terreo sinui affixæ, & radicatæ semper vivunt, dummodò non sicca sint, nàm hyemali tempore, vel Autumno, quamvis non videantur frondescere, florescere, & fructificare, est ex diminuta solutione nutrientium succorum ex causa elastici aërei insufficientis tunc movere; attamen illis temporibus nutriuntur Nutritione Restaurativa, non Auctiva. Senes restaurantur, non crescunt, sed vivunt: Lucertulæ, serpentes, testudines, ghlires, reptilia singula, hyemali anni tempore sepeliuntur in sinu terreo, attamen vivunt, quia moventur intrinsecè motu gyrematis succi nutrientes, & restaurantes machinas ipsas dormientes chylosa nutritione, quamvis exili. In seminibus, truncis, & viridibus recisis radicibus nullus adest intrinsecus nutriens motus, nec exilis, ideòque vegetare, non vivere, quia non crescunt, nec intrinsecè restaurantur.

II. Ve-

II. Vegetativa anima motus intrinsecus est à radicibus oriens, initians in universam plantam, herbam qualemcunque vegetantem: motus crescens, augens, ideans successivos nutritivos succos, illosque deferens in singulas partes herbaceas, plantiferas, fungosas, usque ad ultimam ideam seminalem fœcundantem fructiferam. Dicitur anima vegetans, sivè motus nutritivus, auctivus, restaurans, perfectivus, fermentativus in machinis terreo sinui affixis, & radicatis; à quo sinu terreo succos, liquoresque suscipiens, sugens, ideans, modulans consonos ducens ultimæ, successivæ nutritioni, usque ad perfectum opus seminalis fructiferæ fœcundationis. Quo motu intrinseco cessante, non amplius dicitur anima vegetans, sed sola simplex vegetatio. In motu intrinseco consistit, residet, fundatur vitalitas, sivè animatio, fermentativa naturalis motio, ac maritalis succorum nutrientium solutorum in radicali sede, & in hac, & ab ipsa ideatio, impressio, modulatio auctiva, crescens, specificans herbam, plantam, ipsosque fungos ordine dimensionis, nutritionis, & individuæ ideationis, ultimatæque seminalis fructificationis, in quam, & proptèr quam ducuntur omnes ideæ, licèt rudes seminales futuræ dicandæ propagationi successivæ plantiferorum, & vegetantium singulorum, omnium eorum capacium intrinsecè ex sinu terreo alimoniam suscipere, eamque motu distincto in vegetantia ducere.

III. Quæ vegetativa anima, seu meliùs dices: Qui motus intrinsecus fermentativus in succis plantiferis, & herbaceis, cœterisque modulatur ex ipsis saporibus, & figuris proportione solutis, & mixtione copulatis: quæ modulatio figurarum, & saporum excitat, initiat motum crescendi, augendi, & fructificandi, ex quibus motus, & modulatio vegetantis viventis. Motus extricans artificialis, diceres vitam artificialem in succis expressis, & in horologii motu, cœterisque machinis modulatione mathematica constructis, & motum ostendentibus: quomodo agitur geometrica proportione, & modulatione figurarum in metallicis, & artificialibus ipsis. Sic dictiones omnes diversum

motū ſtruunt in earum prolatione ex modulatione extrinſeca, non diſſimili ordine ex modulatione intrinſeca ſuccorum varia, & diſtincta, & diverſa fiunt ſpecifici diverſi motus ſeminales fructiferi ſpecificati. Qui motus intrinſeci diverſi tales dictas vegetativas animas denotant.

IV. Intelligenda anima vegetativa omne illud concurrens in plantis, herbis, cœteriſque vegetativis impetum faciens, intrinſecumque ducens univerſalem motum, ſcilicèt motum ſolutionis aptis ſuccis eterogeneis, modulatis, figuratis, ſaporizatis, ultimòque deferendis liquoribus nutritivis in propriam dimenſionem, ſpecificationem, ac ultimam perfectam ſeminalem fœcundantem fructificationem. Planta, herba, vegetans omne à ſeminali fœcundo ovulo initiat motum, quæ anima dicta vegetans, & in ſeminalem fructificationem, ſivè propagationem ultimatur. Incipit à fœcundo vegetante, ſemine, ex quo germinat, & deſinit in ipſum vegetans ſemen. Omnia igitur illa, & ſingula ea, quæ motum ſolutionis dant ſuccis; quæ modulant, figurant, ſaporizant, ultimamque intrinſecam nutritionem præbent, ea omnia munus vitalitatis habent. Hæc omnia ſucceſſivo perficiuntur motu: quo motu ſapores, & figuræ ſuccorum ideantur, & modulantur, & gradatim capaces fiunt ſolidare, roborare machinam organicam, undè fundamentum habet vegetans anima, ſivè motus intrinſecus initians nutritivus, & ultimans fœcundativus.

V. Sit ouique evidens præſens elucidatio, ſcilicèt vegetationem motum eſſe, ac animæ vegetantis hoc intrinſecum eſſe. Ex illis machina quælibet ſtruitur, quibus poſitis, & modulatis ſtabilitur machina ipſa, & quibus remotis, læſis, aut depravatis; aufertur, læditur, depravatur vitalis machina ipſa: Hoc accidit, tàm in machinis naturalibus viventibus, quàm arte factis operibus. Machinis arte factis, amota, vel depravata notabili neceſſaria figura, ac modulatione, ſtatim offenditur machina illa. Horologii moles ingenioſa mirabilis machina, nimis clarè oſtendit figurarum neceſſitatem, earumque modulationem, proportionem, menſuram: quibus rectè, ac geometricè

tricè modulatis, & ligatis habetur artificialis motus. In cœteris arte factis, curru, organo, cithara, innumerisque mirandis, pulchris, ac ingeniosis arte factis figurarum, dimensionis, proportionis symboleitas parit pulchritudinem, motum artificialem, & reliqua non pauca miranda opera. In vegetantibus naturalibus viventibus: positis fluidis saporosis, figuratis, modulatis, salibusque solutis, tunc in radicali sede obtinetur fermentativus, nutriens motus, crescens planta, omnèque aliud vegetativum. Sit igitur fundamentalis origo stabilienda in fermentante motu nutritivo in vegetantibus crescentibus ex mixtione succorum radicalium, & copula maritali saporum, figurarumque, ex quibus motus elasticus nutriens, roborans, crescens dictæ vegetativæ animæ. Sic elastico aëreo verno tempore, aliòque consono solvuntur salia, sapores, & figuræ in seminibus vegetantibus, scilicèt bombyce, cœpis, aliisque seminibus, castaneis, glandibus, spontè germinantibus, crescentibus, & motum intrinsecum fermentativum extricantem suscipientibus ex ipso elastico solvente eterogeneos sapores copula maritali unitos, & fœcundos, quorum solutio eterogenea saporosa figurata parit motum vitalitatis, qui motus intelligitur, dicitur vulgò anima vegetativa ex motu talium succorum solutorum sapore, & figura affectorum fermentantium, ac parientium, & suscitantium ebullitionem ipsam fermentativam intrinsecam, ex qua motus crescendi, & vitalitatis vegetativæ.

ELUCIDATIO V.

Ideatio plantifera, quæ statuenda sit.

I. IDeatio impressionis imaginem fert, nec quidpiam imaginarium, ac byltricum speculativum denotat. *Iconis. XI.* Est idea vera positio in fluido, ac solido quanto oriens ex intrinseca modulatione organica in machina fluida impressa ex sapore, & figura. Ab organica motrice fibra movente, imprimente, & à massa naturalium fluidorum primò

susci-

ſuſcipiens, ac ducens imaginem impreſſionis idealis. Idea plantifera nihil aliud fert, niſi migrationem ſpecificæ ſtructionis ſiſtentis in quocunque vegetativo ſemine fœcundo: quæ ideatio motu extricativo facto in ſolutis ſaporibus, & figuris ſeminalibus, undè fermentatio univerſalis nutritiva deducitur, & plantifera ſpecifica impreſſio, perfectio dimenſiva quanta, & ultimata fructificatio ſeminalis. Talis idea à traduce primario defertur à ſemine, & qualis extat plantifera ſeminis ſaporoſa figurata idea, quamvis rudis, & exilis, talis ducitur creſcenti plantæ, & cuique vegetativæ machinæ. Semen vegetativum non ſolùm ſuam ſpecificam defert ideam, dùm intrinſecum ſuſcipit fermentativum motum, ſed etiam occaſionalem impreſsionem affert perficiendo, expandendo, augendo plantiferam molem organicam; quoniam occaſionalis idea etiam imprimitur ſaporibus, & figuris, licèt non ſint naturales ſemper annexæ unitæ, at ſemper abſconditæ exiſtentes in vegetativis ſeminibus, uti naturales, quæ omni tempore ſemper affixæ ſunt ſuis fluidis; ideòque occaſionales dicuntur contingentes, & naturales neceſſariæ; quia tamen ideantur ambabus fluida ipſa naturalia, ideò delatione etiam gaudent.

II. Plantifera ideatio eſt naturalis imago in vegetante ſingulo, & ducitur in vivens organicum, dùm motu expanſivo nutritivo ſolvuntur in vegetante quolibet ſapores alibiles: in ſinu quorum ſaporum, & figurarum, veluti in capſula ſeminali continentur omnes partes expandendæ, augendæ, perficiendæ herbaceæ, & plantiferæ. Sunt enim in vegetantibus ſeminibus, & vegetativis ſingulis omnes perficiendæ partes in vivenda machina. Extricationis motus, & ſubſequens germinatio, aliud non faciunt, niſi ſolvendo ſapores, & figuras fluitare ſuccoſa, & ſemiſolida ducere in indolem fluidam nutritivam, undè ducitur alibile auctivum in organicam molem naturalem ſeminis, ex qua modulatione ſapores ſoluti, & figuræ ſeminales ſucceſſivè, gradatim ducuntur in ipſam organicam ſeminalem molem ſingulaſque eterogeneas partes perficiendas. Non de novo,

vo, ut supra elucidatum est, sed tantummodo nutritionis causa gradatim susceptæ grandescit, augetur, perficitur moles plantifera, undè ideæ plantiferæ augentur dimensione, & extensione perficiuntur, sed eadem plantiferâ ideâ gaudent. In plantis, & vegetantibus idea fundatur in semine fœcundo, in quo absconditæ exiles sunt omnes plantiferæ ideæ, nam semen vegetativum continens est totam suam plantam, & in germine seminali universalis idea plantifera manet.

III. Quæ statuenda sit ideatio in vegetativis: non putandum quidpiam distinctum à vitali intrinseco plantifero motu, tàm in fluidis saporosis figuratis, quàm à solida motrice fibra. Omnis motus intrinsecus ducitur ab ipsis saporosis figuratis specificis succis, & ipsa ideatio ab iisdem, & ab ipsismet fertur, in ipsis considerat ur, ex ipsis specificatur impressio naturalis. Extricatio, nutritio, auctio, seminalis fructificatio varia, distincta multiplicata diversa fit, & ducitur semper ab ipsis saporibus, & figuris variis multiplicibus, diversis, ex quibus oriuntur similes ideæ naturales, quia prima impressio, & ideatio in fluido fit, & omne fluidum sic efficitur à suo sapore, & figura; hinc motus specificans fert ideationem naturalem, & naturalis idea in machina seminali fœcunda specificat motum sibi ipsi similem. In hoc discriminatur naturalis idea à motu intrinseco naturali, ut in motu intrinseco naturali semper sapores, & figuræ ipsius machinæ sint sistentes, fluitantes, & fermentantes naturalitèr, at verò ideatio naturalis est, & actu existit in solido organico impressa sine motu aliquando. In seminalibus solidis adest vegetatio, idest ideatio specifica sistens in solidis saporibus, & figuris, attamen non est motus tunc nutritivus, neque auctivus, extricans, expansivus, nisi solutis saporibus, & figuris in ipso semine: est persistens ideatio, & annexa, at nullus motus intrinsecus in semine: est proxima ideatio, & saporifera figurata impressio apta proximum suscipere extricantem motum, expansionem, & specificam fructificationem seminalem, at non semper ipse intrinsecus motus. Igitur statuenda semi-

nalis

nalis ideatio plantifera, & vegetativa singula semper sistens in semine vegetante, sed non semper in motu, quia motus naturalis fert ideam fixam in semine ipso extricando.

IV. Statuenda occasionalis ideatio vegetans, quam motus naturalis vitalis ducit occasionalitèr, sivè contingenter. Occasionalis ideatio capsula intrinseca naturali non privatur, nisi tempore quo deest occasionalis impressio. Fœcundationem recipit à fluido ipso fœcundante, licèt semper dissona sit, & aliena à sapore, & figura naturali. Hinc occasionales plantiferæ ideæ non ducibiles, quia non sunt naturales radicales. Insitiones plantiferæ non correspondent suis fœcundis seminibus, causa occasionalis ideæ insitionis. Motum naturalem intrinsecum, & extricantem retinent, sed dissonos sapores, & figuras ab insitione, & fundamentali sede, à qua ideatio naturalis seminalis.

Idealog. Iconis. VI. n. 47. & seq.

V. Sit igitur habenda, dicenda vitalitas in vegetativis ideans seminalis fructifera traducta, migrata, & ideata à semine ipso suscipiente intrinsecum motum à fermentantibus succis nutritivis, ex quibus ideatio ipsa.

ENUCLEATIO V.

Sensitiva Anima Explananda.

IN vegetatione organica plantifera unâ simul maritali fœcundatione copulatis fluidis naturalibus propria figuratione saporifera, & idea dotatis in fluiditate, & organica soliditate, tunc motus vivendi, & in fermentativa motione, & nutritionis restauratione, & auctivæ dimensionis in mole: viventia tunc sunt vegetativo generi tributa, & delata: expansio, grandescentia, seminalis fructificatio. Sequitur nobilior nobis annexa, magisque patens enucleatio dirigens, indagans, scrutans sensitivam, vulgò nuncupatam animam, uti quidpiam dignius in modulatione organica, motu intrinseco, figura fluida, & solida sapores sapiente, habente, & ducente machinas sensitivas ipsas.

Quan-

Quantis fluidis, quibus variis, distinctis, eterogeneis saporibus, multiplicibus figuris, & non paucis motibus singula sensitiva organica machina fundetur. Individuis fibris, innumeris modulationibus, distinctis structuris, multiplicibus ligaminibus, tortuosis, ramosis, rectisque ductibus, canalibus, officinis, & naturalibus cavitatibus, ac disparibus integrantibus moleculis, organicis, musculosis, fibrosis, & membranaceis tegumentis, glandulis, nervis, venis, arteriis, tendinibus, officinis, & sedibus variis lymphaticis, salivalibus, cholidocis, subacidis, & maritali copula mixtis in singula sensitiva vivente machina repertis, annexis, struentibus; gaudeat inde universali nutritivo motu, & micationis, diastolici, systolis, singulique. Hos subsequens filtrativus, ductivus, expulsivus motus per debita naturalia emunctoria factus, ut tanta mirabilis machina nutriatur, successivè conservetur, duret, & tantum magnum organicum vivens sensationi subjaceat.

ELUCIDATIO I.

Impressio Sensationis.

I. INdolens machina, dolens, delectans, variisque sensationibus affecta, non unam, sed multiplicatam fert ideam. Idem organum delectatur, jucunditèr gaudet, dolens, ac neutralitate sensitiva afficitur: eadem motrix fibra, idem musculus, glandula, singula exilis quælibet pars (excepta durissima simplici ossea), patitur, offenditur, pungitur, & blanditur, gaudetque opposita sensatione.

II. Multi sunt liquores naturales in machinis sensitivis, & quilibet suo, suisque saporosis ideis dotatus. Acidus, austerus, ponticus, amarus, subdulcis, subsalsus, & cœteri omnes, qui mixtione ipsa, & modulatione saporosa multiplici etiam multiplicitèr modulantur, ac varias innumeras impressiones pariunt in ipsa sensitiva organica machina: accidit non dissimile iis coloribus ipsis: mi-

scentur cœseus, ceruleus, flavus, viridis, & in ipsorum varia, multiplici modulatione, & mixtione fiunt innumeri subalterni colores (albus dictus color non est): abecedarii literæ diversimodè modulatæ innumeras, diversas componunt dictiones, linguarum varietates, & volumina typis mandata: musica non dissimilia opera, variasque armonias parit. Arte facta lignaria, metallica, & cœtera omnia ex modulatione figurarum quanti, & dimensi corporis, ut ars figulina, ars statuaria, lignaria, & omnes aliæ pictoriæ, ædificatoriæ ex modulatione varia figurarum dant varias picturas, pulchras statuas, miranda ædificia, ut sufficiat sola machina horologii hoc totum nimis ostendere, patefacere.

III. Propriis liquoribus naturalibus sapore suo ideatis, varièque modulatis correspondent figuræ necessitate naturali. Quilibet naturalis succus, & liquor suo proprio gaudet sapore, cui sapori necessitate naturali correspondet, consona univoca sua naturalis figura; & sicuti sunt ipsi succi diversi, & varii in suis saporibus, ità pariter sunt annexæ figuræ. Tantum opus observatur in nutritione universali tantarum, integrantium partium in vivente organica sensitiva machina, ossa restaurantur uno, & non alio succo, musculi suo proprio liquore, glandulæ consono fluido, membranæ, & singulæ partes suum æqualem, similemque saporosum figuratum sugunt alibilem succum, & non alium. Modulantur tales succi naturales, & copulantur variis modulationibus, non minùs ac abecedariæ literæ, arte facta figurata, colores distincti, & reliqua.

Ideal. Icomis. 14. num. 31. & seq.

IV. Respiciuntur, & observantur ex his fluidis variis saporosis, & figuratis partes structæ in machinis omnibus diversis figuris, diversisque saporibus affectæ. Alia figura, & alius sapor in musculis, varius in glandulis, & sic etiam figura, diversus in hepate, dissimilis in membrana, distinctus in medullis, alterius indolis in medulla cerebri, in testibus, renibus, corde, pulmonibus, ligamentis, adipe, membranis, &c. ut cuique ostendit anatomica elucidatio.

Ex

Ex diversa figura cujuslibet partis, oritur diversitas saporum, & motus etiam varius: sic figura, & sapor dant circumscriptionem dimensivam variam, & subsequentem dissimilem saporem, & motum etiam.

V. Erit huc ducenda elucidatio somniorum, licèt aliàs in Idealogia ostensum hoc. Quomodo scilicèt nocturna somnia phantasiæ sedem petentia, & occupantia, contingere possint ex iis nunquam visis, non auditis, non cognitis, non lectis, &c. & dùm somniamur, à nobis veluti præsentia videantur? Sat explanatum ibi est, & totum fundatum in modulatione multiplici saporum, & figurarum copulante, qua explanatur modificatio jucunda, vel molesta somniorum. Ideatio saporifera, multiplex data gustanti palato circa illa nunquam gustata, nunquam epota, nunquam antecedenter masticata; at sensationem dant gustanti sensitivo palato, uti nunquam visa visioni jucunda, nunquam sonora auditui delectabilia, & ità circa molestas sensationes omnes. *Idealog. Icon. vis. XI. num. 33.*

VI. Sic quoque somniamur, & frequentèr ea, quibus ideamur in nostris naturalibus fluidis: si morosi sumus, serii circa morosa, & seria somniamur: si tristes, & mœsti, mœsta, & tristia: hilares, jocosi somniant jocosa, salaces afficiuntur salacibus somniis, & sicuti sunt impressi ideati liquores naturales, ità iis afficimur, ideamur, tenemur jucundè, & tristitia occupati. Sensatio est ideatio agens in machina, & solida motrice fibra tali, tantàque occupatione similitudinis delectabilis impressionis, vel molestæ lacerantis dissimilitudinis in parte, in qua fit localis impressio jucundæ similitudinis, vel tristis molestiæ delatæ.

VII. Sunt igitur somniorum imagines impressiones, & occupationes tales ex ideatis fluidis naturalibus, quorum multiplicata varia abecedaria modulatio saporifera figurata repræsentat nostræ animali officinæ, in qua fit modulatio somniorum, & ad quam sedem deferuntur succi ideati, & diversimodè modulati, talemque dictionem, sivè imaginem ducunt in somniantibus. Sunt modulati saporosi figurati liquores in machina singula, talesque deferun-

tur in sedem animalem, sivè cogitativam phantasiam, cui seipsos modulatos repræsentant, & deferunt imaginem ad exemplar tersi speculi reddentis imaginem similem, & illam eamdem illius corporis, & objecti præsentis, ac speculo subjacentis. Reddit speculum imaginem æqualem, similem, jucundam repræsentanti corpori, vel turpem, monstruosam, molestam, pulchram, delectabilem, jucundam, sicuti est corpus repræsentans ante speculum erectum.

VIII. In his fluidis decurrentibus fiunt ideationes, & impressiones, & ex ipsis alitur, nutritur, restauratur, ideatur solida vivens sensitiva machina, ut ordine, & modulatione fluidorum naturalium fiant nutritiones, ideationes omnes in parte solida, & singula motrice fibra, quamvis exilissima: ad quorum naturalium succorum imaginem, ideam, impressionem, & similitudinem, fiunt ipsæ ideationes singulæ sensibiles, sivè jucundæ, sivè molestæ fuerint. Sicuti sunt fluida naturalia fundamentum vitalitatis, ità & impressionis ideantis.

IX. Omnis motus in sensitiva machina est ex ipsis naturalibus succis, vel perfectis archealibus illuminativis nutrientibus, machinamque viventem reddentibus, vel perficiendis, & filtrandis. Qui motus extrinsecus, sivè diastolicus, systolicus, micativus, aliusque naturalis intrinsecus semper dirigitur, tendit, & ducitur ad conservationem machinæ viventis, & omnia hæc perficiuntur continua successiva amicabili jucunda adhæsiva nutritione ipsorum nutrientium succorum. Talis ultimatus finis nutritionis, & restaurationis naturalis est jucundus, delectabilis, suavis, & complacentiæ inter succos fluitantes, & solidas nutriendas partes, causa similitudinis, & æqualitatis inter nutrientes, & nutritas partes, undè deducitur dulcis grata sensatio inter ipsos liquores alibiles, & solidas alendas moles. Talis successiva intrinseca sensatio non concipitur, non persentitur in machina ipsa dum fit, sed solus finis restaurationis, & nutritionis, ex quo machina ipsa dùm consonè ex ipsis nutritur, & restauratur fit vegetior, robustior, validior in suis operationibus, tàm internis,

quàm

quàm progressivis. Non persentitur, non percipitur talis jucunda sensatio nutritiva, naturalis ex multiplici causa; & prima est, quia fit paulatina successiva insensibilis, non violenta; nam dum violenta, & gravis fit, tunc percipitur interna molesta sensatio. Alia causa est, quoniam talis jucunda sensatio fit In, & Ex fluidis: quæ fluida non patiuntur motum scissionis, & solutæ unitatis, quia habent figuram communicabilem capacem suscipere alias figuras à solido corpore, quod non habetur in mole solida incapaci alterius figuræ molestæ incommunicabilis; ideòque in solido persentitur omnis sensatio, tàm jucunda, quàm tristis, & molesta. Alia esset causa non negligenda, estque nutritio continua, & semper; ideòque habitualis, nec novam dat sensationem, neque præbet sensibilem; est jucunda, est successiva, est paulatina, est habitualis, est in motu nutritionis continuo adhæsivo figurato: quibus suavitas, jucunditas, sensatio naturalis vitalis non percepta.

X. Sensationis nutritivæ deficientia, quia opponitur jucunditati, ideò gravitèr sentitur, & ejus molestia tristisque sensatio percipitur. Percipimus tristem sensationem, dùm gravitèr fame affligimur, & hoc ex carentia jucundæ nutritivæ sensationis, & deficientia aliquali in motrice fibra universali. Gravitèr affligimur, tristemque sensationem habemus, dum spinosam, molestam, morbosam nutritionem suscipimus, undè affligimur, gravem, tristemque substinemus sensationem. Igitur oppositus motus nutritionis jucundæ, & suavis sensitivus noxius, quia non consonus in sapore, nec æqualis in figura, ideòque non reficiens, non nutriens. Oppositorum eadem est ratio. Si opposita molestant, jucunda necessariò delectant. Jucundi sapores, quia similes naturales, figuræ quia æquales, sensationem nutritivam, jucundamque deferunt, & suavem sensationem. Tristem, molestamque sensationem ipsam ducunt non sociabiles sapores, non similes figuræ; ideòque respuuntur, expelluntur, tristemque paulatinam dant sensationem.

XI. Est

XI. Est alia causa dans, ducensque tristem sensationem in fame, & nutritionis carentia: estque illa, quia in omni fame patiuntur magis partes solidæ, quàm fluidæ, & solidæ aliqualem scissionem, & figurarum mutationem patiuntur in famescentia: magis arescit, & patitur solida pars in deficientia, & diminutione nutrientis fluidi, quàm patiuntur succi, & alibiles ipsi liquores. Deficit ferè majus humidum in sicco, & solido, quam in humido, & fluitante liquore, ideòque plus, magisque molestatur in fame carentia, & diminutio succosa in parte solida, in fibra motrice organica; quam succosa fluidorum moles compatitur.

XII. Nec sensatio jucunda, vel molesta fieri apta est in simplici fluiditate succorum; at in solida fibra gaudente succis nutritivis, ratio nobis præbet certum fundamentum, & est: quia sensatio petit, sivè requirit organicum structum quantum diversis eterogeneis partibus ligatum & modulatum, vel ad minùs simplicibus annexis, ligatisque moleculis: quibus caret fluidum simplex.

XIII. Sat nobis expertum documentum extat, scilicet ossea simplex structura, sensatione non gaudet, quia dura, quia exuga, quia simplex, quia non eterogeneis annexis constans partibus. Dum vestitur os periostio, tunc sensatione aliqua afficitur; at dum spoliatur, & nudum est, tunc simplex redditur, nec sensationem suscipit.

XIV. Arida membra sensatione carent, quia motu nutritivo, sapore alibili, figura sociabili, fibra motrice carent; ideòque inepta sunt sensationi. Sensatio requirit multa, exigitque omnia patefacta, & elucidanda.

XV. Tenetur universalis organica machina propriam sensationem habere in sua ligata annexione figurarum, in qua, & cum qua motus fit intrinsecus, & extrinsecus etiam: & in quo motu residet suavitas, jucunditas, vel tristis, & molesta sensatio, etiam neutralitas sensationis. Motus est in sensorio, seu in sensitivo, quia motus intrinsecus fermentationem exigit in fluidis, & ex fluidis natu-

rali-

ralibus, nutritivis præbet, & defert fibræ motrici universali, & particulari organicæ solidæ, singulisque partibus nutritis viventibus vitale lumen, & sensationem consequentem: quæ sensationis impressio in fibra organica solida fit ex annexione, copula, adhæsione, & ligamine figurarum unâ simul cum saporibus modulatis conficientibus organicam viventem machinam; & eodem motu eandem machinam sensitivam fert, ut si casu, morbo, vel alia molesta data causa, minuatur talis fermentativus motus, illuminativus, nutritivus in qualibet singula parte viventis molis, tunc unâ simul & statim eadem pars minus nutrita, parùm illuminata, tunc fit minus sensitiva, & tanta, talique gradatione, quanta erit deficientia, diminutio, & molestia motus fermentativi intrinseci nutrientium succorum. In Rachinde morbo particulari, in quo pedes minimè nutriuntur, & ideò gracilescunt; tanta diminuitur sensatio in illis, quanta erit gracilitatis, & nutritionis gradata nutritio diminuta manca. In tabescentia cujuscumque partis machinæ organicæ, ad mensuram, & gradationem deficit, minuitur sensatio in illa parte, sicuti deficit nutritivus, fermentativus in ea motus.

XVI. Illud discrimen sensationis est intèr singulas partes viventis machinæ quale? membrana, musculus, nervosæ partes acuta sensatione afficiuntur; minori gaudet glandula, pars alba spermatica dicta, & omnium minima sensatione ossea moles. Causam patentem habes; nàm illæ organicæ partes magis sentiunt, quæ nobilioribus succis, & lucidioribus nutriuntur, & in eis vivacior, frequentior, celerior nutritionis motus, ac nobilior: Iis partibus sapores lucidiores, perfectiores, & suaviores, & figuræ undique perfectissimæ, sicuti modulationes insunt excellentes, & sapientes perfectam geometricam portionem, texturam, fabricam, & partium annexionem. Exiles figuratæ partes conficientes motum in horologio portatili sunt parvæ dimensionis, uti horologium in anulo, vel parva capsula constructum: In illo motus celerior, in-

ingeniosior, nobilior, excellentior: omnes enim sensitivæ partes viventes suscipiunt excellentiam, & nobiliorem structuram exprimis initiantibus luminosis nutritivis liquoribus, figura, & sapore excellentiori, nobiliori, roscidiori, archeali gaudentibus, ex quibus similis oritur excellens, nobilis nutritionis fermentativus motus, & consequens similis sensatio. Hinc est, quod illæ partes in vivente mole, in quas incurrunt, & ducuntur liquores nutritivi, magis suaves, volatiles, luminosi, & archeales: tales partes majori, celeriori, nobiliori, excellenti fermentativo intrinseco motu gaudent, & acutissima sensatione; nàm sensationis impressio, & gradatio major, mediocris, exilis, minima sequitur antecedentia vestigia sui motus fermentativi nutritivi, & talis motus consequitur indolem, & ideam saporum, & idearum tenuium, nobiliorum, & suavium impressionum. Tali data cuique virtuoso anatomico elucidatione nutrientium naturalium succorum diversa, varia, distincta in partibus organicæ sensitivæ molis, in qua talis, tanta proportio, & gradatio reperitur, ut partes aliæ suaviori liquore nutriantur, nonnullæ minùs suavi, & mediocri, & aliæ crasso, & duro; sic sequitur nutritionis nobilis motus, mediocris, parvus, & necessaria consequens sensatio, nàm sensatio omnis impressa sequitur indolem, ideam, & vestigia intrinseci fermentativi motus nutritivi, & hic dependens est à similibus saporibus, & modulatis figuris succorum gyrantium in organica nutrita sensitiva machina. Ossa, tendines, ligamina, glandulæ minùs sentiunt ac membranæ, & diversa sensatione afficiuntur partes diversæ. Omnes integrantes, struentes sensitivam quamlibet machinam partes retinent talem, tantamque gradationem, & proportionem in sensatione. Cartilagines aurium minorem sensationem patiuntur, quia minori motu nutritivo gaudent, & crasso sapore, tenacique figura tenentur: Labia, musculi oculorum majori sensatione ducuntur: osseæ partes omnes omnium minimè sentiunt, minimàque nutritione, illuminatione, exili motu, crassis figuris, & cœnosis saporibus

poribus ſatiantur; ad quorum proportionem, & gradationem fit vitalis motus, nutritio, & ſenſatio ipſa.

XVII. Omnis ſenſationis impreſſio initiat à nutriente ſucco delato in organicam nutriendam partem. Pars ſingula vivens augenda, & reſtauranda ſuſcipit eamdem indolem, ideam, & impreſſionem à ſuo intrinſeco alibili liquore, & ſicuti erit idea, & indoles ſui proprii nutrientis ſucci, talis quoque erit fermentativus motus nutritionis, & ipſa ſenſatio, uti pluries elucidatum eſt. Fluida nutrientia in hoc diſtinguuntur à ſolidis partibus, quia in fluidis adeſt figura communicabilis, & in ſolidis non eſt communicabilis; ſed ex fluido gaudente nutritiva roſciditate ſuſcipit quodlibet ſolidum, & fibra motrix adhæſivum ſuum nutriens, quod ſenſim, gradatimque dureſcit, & in fibram motricem tranſit ſolidam. Igitur prima initia, & indoles gradatæ ſenſationis majoris, mediocris, & minimæ debent ſuſcipi, & obtineri à liquoribus nutritivis ipſis. Sapor ſuavis, dulcis, jucundus in alibili ſucco dat ſimilem figuram, ſimilemque motum, æqualem ſenſationem organicæ ſenſitivæ parti: Craſſo, duro fluido nutriuntur oſſa, cartilagines, aliævè ſimiles duræ partes, & eadem ſenſatione gaudent. Eadem ratio, & gradatio in omnibus tenenda eſt.

XVIII. Nemini ignotum venit, quòd decedente ſenſatione in parte aliqua, ibi mortificatio morboſa accidit, ſenſationis paſſio, ac carentia. Prima origo, & ſenſationis privatio incipit in ipſa mortificanda mole ex deficientia nutritivi fermentativi motus. Initia minuuntur paulatim, vel velociter ex nutritione, tali ordine deficiente. Deeſt nutritio, ſtatim ſenſationis impreſsio deſinit, & proportione gradativa nutritionis deficientis in ipſa parte, ſic eadem proportione abeſt ſenſus, ſenſatio in ipſa parte. Undè mortificata dicitur, & fit qualiſcumque organica pars, & recedens à motu vitali, dùm ſenſatione privatur. Remoto nutritivo ſucco fermentativo, & motu, ſic ſenſatio, ſenſationis motus, & impreſsio. Quid ultra petendum venit, & ſcrutinio ducendum, dùm tanta anatomica, ex-

perta elucidant sensationis impressionem?

XIX. Irascimur, tristamur, hilares, morosi, jocosi sumus ex data occasionali causa tristi, iracunda, hilari, jocosa; & tales intrinsecæ sensationes, undè primariò oriuntur, nisi ex dato motu fluidis intrinsecis nostris naturalibus proximè ideandis, & fermentativum motum similem suscipere? Occasione data liquantur, coaculantur, jocantur, illuminantur, obtenebrantur naturales succi, & sic ideantur, similemque motum deferunt, ex quo sensationes internæ tales specificantur, fiunt, producuntur, imprimuntur, fiuntque. Sensationes, impressiones ex motu intrinseco fluidorum naturalium fermentantium, secundum indolem, ideam, impressionemque naturalem ipsorum, vel occasionalem in figuris, & saporibus intrinsecè modulatis suscipiunt.

XX. Singulæ partes incipiunt nutriri, & tunc initiatam sensationem suscipiunt: desinunt nutriri, deperdunt sensationis motum. Unus motus est causa alterius; qualis modulatur nutritivus, talis modificatur sensitivus. Omnis quælibet pars capax est multiplicis sensationis organicæ ordine suo, & munere proprio. Omnes officinæ præparantes habent sensationem insensibilem propriam jucundam, quia munus proprium conficiunt. Ventriculus dum chylificat delectatur in opere suo sensatione propria jucunda, dùm jucunda, & consona chylificat, nam dum dissona digerit, patitur tristem sensationem offensivam, dolorosam, ut Pathologia docet, & quotidiana experientia. Cor dum volatizat, & archeale lumen conficit in cruore arterioso ideat, & jucunda sensatione gaudet; si vero molesta venenosa sit delatus cruor illuminandus, tunc syncopizat, palpitat, afficitur. Hepar assimilandos sibi cruores: cerebrum, cerebellum, menituges, & tota sedes animalis turveas roscidas ideas perficiendo in suo delato à tota machina polycresto fluido; sic lymphatica sedes, cholidoca, pancreatica, salivalis, cœteræque singulæ sedes perficientes gaudent sensatione propria. Alia universali omnibus singulisque partibus inest sensatio, & est ipsa univer-

salis

ſalis nutritio competens ventriculo, cordi, hepati, cerebrò, omnibuſque organicis officinis, & viventibus nutriendis partibus. In ſenſatione propria ſignata. Quælibet vivens pars eſt abecedaria ſenſatione affecta, quæ ideam ſuſcipere poteſt, & ideare. Somnia diverſa, & repræſentationes innumeræ fiunt non alia cauſa, niſi ex modulatione varia ſuccorum nutrientium, & figurarum, univerſale abecedarium modulantium, in qua modulatione ſaporifera, & figurata tantas ſenſationes diverſas variaſque ducere poſſunt, quot ſunt guſtabilia, & repræſentanda, atque modulanda ab omnibus ſaporibus, & figuris naturalibus. Senſationes internæ ſedi animali ſic ſomniando contingunt, quid ergo aliter ſpeculandum venit in ipſa impreſſione ſenſationis delatæ ex nutritivis alibilibus ſuccis, quorum indolem, motum, ideam, & modulationem ſequitur ſenſatio omnis? ideò quodlibet organicum vivens capax eſt ſenſationem habere, nam ſenſatio eſt motus paſſibilitatis in vita organica. Adeſt vita, adeſt motus nutritivus, adeſt motus ſenſitivus paſſivus. Deſinit vita, deficit nutritio, deſinit ſenſatio. In plantis viventibus, & herbis habetur ſenſatio plantifera, nutritiva ex ipſa delata nutritione jucunda, & ſenſatio etiam mixtis ex deficientia nutritionis; at non adeſt perceptio ſenſationis ex multiplici cauſa. Prima eſt, quia in plantis non eſt circularis delatio ſuccorum nutrientium, & per conſequens non eſt conſenſus unus, conſpiratio una, conſentientia omnia; nam delationis motus nutritivus in plantis, & herbis eſt directus, nō circularis motus, neque plantæ, & herbæ gaudent anaſtomaſi, ſed tantum delativo directo motu ad frondes, cortices, medullares, & ligneas partes, nec regreditur nutritivus ſuccus ad principalem ſedem radicalem, ideantem, ſicuti regreditur in perfectis ſenſitivis ad cordis officinam, hepatis, reliquaſque ſedes. Plantæ, & herbæ carent multiplicitate officinarum, & unica eſt ſedes ideationis in radicibus, & fœcundatis, à quibus in totam plantam directè ducitur alimonia. In ſenſitivis vero adeſt officinarum præparantium multiplicitas, motus circularis univerſalis in omnes fibras,

& partes singulas, in quas ducitur, & à quibus regreditur nutrimentum. Adest non prætereunda, sed maximi ponderis consideranda sedes repræsentationis, sivè perceptionis sensitivæ dicta, ut una parte jucunditate affecta, vel tristi molestia ducta, etiam per mutuum consensum omnes partes jucundæ, vel molestæ sint in sensatione; & hoc oritur ex vinculo unius consensus, & conspirationis organicæ. Proportio, & perceptio sensationis universalis est fundata in unitate conspirationis, consensus motus universalis inter omnes partes, in qua unitate conspirativa, & in quo consensu veniunt alligatæ, & unitæ omnes viventes partes ipsius machinæ, sicuti chylificationis motus secum annexos habet, dependentes, & consequentes omnes singulos alios motus perficientes, filtrantes, illuminantes, & ideantes in ipsa vivente mole; ut si talis lædatur chyliferus motus, etiam cœteri molesti, & morbosi fiunt consequentes perficientes in machina motus. Non dissimili ordine, & modulatione sensitiva, omnes viventes partes ligantur unico motu nutritionis universali, quia omnes nutriuntur ex chylo fundamentali alibili, & omnes similiter sentiunt. Omnes partes in unum conspirant motum universalem, quia quælibet pars subministrat, succurrit alteri, & una patiente, & laborante, etiam patiuntur, & aliæ, & laborant; ideòque consentientia omnia inter se sunt: ex his causis, Hippocratis: *Laborante aliqua corporis parte, si dolorem non sentiat, his mens ægrotat*. Sedes repræsentationis, & perceptionis sensitivæ est in animali regione, in qua fit perceptionis idea, sicuti in ventriculo chylificatio, in corde illuminatio, &c. Offenditur ventriculus, depravatur chylificatio: patitur cor, etiam molestatur arteriosus succus: ægrotat sedes animalis, & non percipitur tristis sensatio habita in aliqua parte ipsius machinæ. Attamen si non percipiatur tristis sensatio ex culpa universalis sedis morbosæ, sed scissio, molestia, tristis sensatio habentur in machina: sicuti mala chylificatio, licèt non percipiatur ab aliqua officina uti vitiosa, sed non per hoc vitiosa non est chylificatio ipsa: non percipitur tristis sensatio,

Aphor. lib. 2. aph. 6.

tio, dum mens ægrotat ex culpa sedis percipientis, sed non per hoc sensatio tristis non erit. Sensatio ergo modulatur à motu naturali nutritivo, annexione partium, consensu, & conspiratione unica, & universali ligamine, & gyremate communis polycrestri alimenti cum annexa sede perceptiva animali: quæ omnia si non singula, sed in majori numero deficiunt in nutritione plantifera vegetativa uti ex modo ostensis elucidatum venit. In plantifera nutritione una idealis nutritiva sedes ex radicibus: unus directus motus nutritivus: nullus circularis motus regressivus analomicus, nulla conspiratio, nullusque consensus regressivus, nutritivus, nulla sedes perceptionis.

ELUCIDATIO II.

Undè Sensatio jucunda fiat.

I. SEnsatio impressa ipsis viventibus machinis in motu nutritivo in, & cum fluidis maritali copula unitis, & adhærentibus organico solido suis univocis figuris consonis saporibus unica conspiratione, simili consensu, & perceptione animali data: sic agitur, sic imprimitur. Operæ pretium est distinctas explanare sensationes, & præsertim nostro systemati deferre. Multis sensationibus afficitur vivens machina intrinsecis, & extrinsecis, uti perfectissima gaudet, lætatur, tristatur, seria, hilaris, jocosa, humana est omnium nobilissima: quæ amicabilem societatem ducit, ut amicitia inter similes: amicus alter ego, quæ societas moralis Ethica est, nec in præsenti talis scrutanda est, sed de illis sensationibus agendum venit, quæ organicam fabricam anatomicam respiciunt, non mores, at societatem jucundam, de qua in præsenti elucidatione annotandum, undè in jucunda sensatione originem, ortum habeant, & à quo naturali motu jucunditas fit. Est jucunda sensatio consistens in similitudine, & æqualitate fluidorum, & organicorum motu consono, & simili: quæ similitudo jucunda diceretur in Geometria dùm circulus,

V.G.

V.G. esset intra circulum concentricum, triangulare intra triangulum duplicata, triplicata, vel multiplicata linea annexa circumscripta alteri simili modulatæ in longitudine, vel in figura modulata. Augetur, fortior, jucundior fit circulus duplici, triplici, multiplici figura concentrica modulatus, & omnis alia figura cujuscunque circumscriptionis sit. Omnis linea addita multiplicata, unita, annexa alteri lineæ secundum eamdem figurationem fortior, validior, jucundior est. Æqualis figura alteri simili æquali unita jucundior est, quia societas similitudinis, & æqualitatis auget motum fortitudinis, & vitalem durationem. Sapor unus dulcis, vel amarus, salsus, acidus, austerus, ponticus, aliusvè qualiscunque sit, si alteri simili sapori annectatur, & uniatur, fit fortior, validior, jucundior in seipso, ordine saporis tamen. Amarus additus amaro, amarior, acidus acido simili, & æquali, acidior, salsus salso, austerus additus austero, & sic de omnibus idem extat. Similitudo saporum, & æqualitas figurarum, dùm copulantur, faciunt fortitudinem, & pariunt jucunditatem in se ipsis, indole saporosa, & figurata.

II. Ex tali similitudine, saporifera, & æqualitate dimensiva figurarum, fit adhæsiva societas inter fluida, & organica solida nutrienda, & unâ insimul jucunda intrinseca sensatio figuræ succorum æqualium ferunt adhæsionem, & saporis similitudo præbet jucundam sensationem, & retentionem: undè motus nutritivus est, restaurans, auctivus, & vitalitatis, ac durationis jucundus.

Idealog. Iconis. XIV. per totum.

III. Nulla motrix fibra, organica moles, exilissima pars nutritur, augetur, & benè valet, nisi ponatur similitudo saporis, & æqualitas figuræ in motu nutritivo inter nutriens fluidum, & nutriendum solidum: quæ duo pariunt jucundam sensationē naturalem insensibilem inter utrumque, & in ipsa universali nutrienda, & restauranda machina, ut valeat dicere inter ipsa nutrientia, & nutrienda esse continuam successivam jucundam sensationem naturalem in statu salubri.

IV. Sumus hilares, jucundi, robustiores, dùm à suavibus

bus electis, exquisitissimis cibis reficimur, & veluti jucunditate, & intrinseca suavi sensatione tenemur. Universalibus partibus fit, occurrit jucunda sensatio, dùm salubritèr nutritur. Reficiuntur archeales luminosæ moleculæ, liquores ipsi naturales, & singulæ organicæ partes augentur dimensione auctiva figurarum, & similitudine amicabili, & similium saporum. Nutritio, & motus nutritivus ducunt novas æquales figuras, novos similes sapores, ex quibus jucunda sensatio auctiva, dimensiva figurarum, & nutritiva validior in fluidis, ac solidis, ac unâ simul fortitudo, & dimensio in ipsa machina sensitiva jucunditate quadam naturali augentur.

V. Attendenda sunt prima vestigia generationis in maritali copula, in qua, nisi extat æqualitas figuræ, & similitudo saporis inter utrumque virum, & fœminam, non fit fœcundatio, nec obtinetur conceptio. Sic obstat dissonantia inter multas species varias, & individua ejusdem speciei: In quibus negata æqualitate figurarum, vel remota similitudine saporum inter partes viventes viriles fœcundantes, & fœmineas fœcundandas, tàm in specie, quàm individuis, tunc consequitur sterilitas, & removetur conceptio; nam ex dissimilibus, & inæqualibus figuris, dissonis saporibus inter marem, & fœminam, non oritur jucunda sensatio fœcundationis; ideòque sterilitas, & negatio conceptionis. Una præcisa causa obstans quare cum primo viro concepit uxor, non cum secundo, vel cum secundo, non cum primo, & vir cum una, & non alia uxore prima, vel secunda: Ex inæqualitate figurarum, & dissimilitudine saporum inter ipsos oritur sterilitas, sicuti totaliter inter diversas species oppositas inæqualitate figurarum, & dissonantia saporum extricandorum, non ducitur jucunda sensatio.

VI. Tuetur extricationis motus hoc idem. Dat primam solutionem in ovearis fluidis fœcundatis saporosis, figuratis: si talis motus erit violentus, nimis celer, aut morosus, non similis, & consonus ipsis ovearis extricandis fluidis, tunc extricatio non fit, non sequitur pullulatio, quia non jucunda sensatio ex motu nimis celeri, vel nimis tardo,

non

non jucundo, simili æquali. Expertum habes penès pulliferas species ex motu incubationis in fœcundata ova; quæ non extricantur à fortiori, vel imbecilliori specie.

VII. Jucundis fluidis, jucundæ fiunt nutritiones sensitivæ in fœtatione qualibet ex similitudine, & æqualitate succorum sapore simili, & æquale figura affectorum.

VIII. Omnis pulchritudo, salubritas, fortitudo fit in machina qualibet à fibra motrice jucunda naturalitèr agente, & ab ipsa omnis sensatio: Redditur firma agens fibra motrix à liquoribus nutritivis æqualibus in figura, & similibus in sapore jucundo.

IX. Jucunda sensatio est complacentia annexionis copulativæ secundum propriam ideam, indolem, & structuram naturalem: Quæ complacentia annexiva copulativa producitur à similibus roborantibus, & objectis modulatis proportione naturali organica. Oculus coloribus, aures armonia, nares odoribus, & palati gustantes organicæ partes, ex ipsis saporosis similibus fluidis jucunditate gaudent. Tactus similitudine figuræ tangibilis objecti: dissona enim non delectant. Igitur similitudo saporum, & æqualitas figurarum pariunt motum jucundum sensationis.

X. Universalis sensatio in tota machina exigit amicabilem adhæsionem, & annexionem inter tactum, & tangens corpus. Non datur amicabilis adhæsio, & annexio, nisi inter similia; nam omnis æqualitas est In, & Ex figuris, & similitudo In, & Ex saporibus; ergo fit jucunda sensatio universalis in singulo sensu ex similitudine saporis, & æqualitate figuræ.

XI. Certa, & firma sensatio, ideò fit in solida organica mole, quia solida organica machina est firmitèr, & semper capax affici similitudine continua saporis, & æquali firma æqualitate figuræ. Fluida gaudent similitudine saporifera præcisa, sed non organica firma, figurata, sed largo modo sunt figurati liquores; ideòque, dum patiuntur scissionem, in eis non fit soluta unitas; ideòque sensatio jucunda potius firma, & fortis in solido, minus fortis & jucunda in fluido.

XII. Uti

XII. Uti modificantur, & modulantur sensitivæ partes, talis figura, & tali sapore, talis etiam inducitur motus delectans, jucundus, qui motus sensatio jucunda dicitur. Lingua, & gustantes partes, quia diversè modulantur, & multiplicitèr à saporibus, & figuris, ideò in eis fit perceptio universalis saporifera.

XIII. Necessitat in qualibet organica vivente fibra liquor, sivè succus nutritivus, ut jucunda sensatio fiat; nam sensatio fit in fibra motrice vivente, & non mortua. Vivit fibra, ergo nutritur, ergo liquore nutritivo indiget ut sensitiva sit.

XIV. Deficit sensatio in paralysi, vel diminuitur in Rachitide, aliisque similibus morbosis, quia deest similis succus necessarius nutritivus intrinsecè adhærens: quia succus nutriens in talibus morbis caret simili sapore, & æquali figura, & jucunditate.

XV. Alienata figura, vel scissa fibra, ac remoto naturali sapore, non occurrunt jucundæ sensationes, in qualibet parte, & nulla excepta. Indigent æqualitate, & similitudine jucunda alimenta.

XVI. Unde fiat sensatio distincta, jucunda in sensitivis ex distinctis figuris, variis saporibus intrinsecis, quorum modulationes multiplices in figurarum æqualitate, & saporum similitudine varias, jucundas sensationes producunt tantæ distinctæ modulationes.

XVII. Nanciscitur machina vivens multas figuras, & multiplices sapores non solum, sed etiam diversas modulationes saporiferas, & figuratas; ideòque tot, tantæque officinæ perficientes, & modulantes in qualibet sensitiva machina, ut ex eis naturales omnes sensationes perfici possint jucundæ in tota machina, singulisque partibus distinctis, & diversis.

XVIII. Data multiplicitate partium, & organica anatomica varia figura ipsis singulis, concedendum est eis munus tantarum, multiplicium sensationum, quæ multiplicitas, & varietas oriuntur necessario ex fundamento figurarum, & naturalium saporum; nàm varia, distin-

cta, multiplicata sensatio jucunda requirit necessariò ea omnia varia, & distincta, ac multiplicia, ex quibus sensatio ipsa jucunda oritur, distinguitur, variatur; quod totum haberi nequit, nisi ex multiplici modulatione multiplicium, distinctorum, jucundorum saporum, & æqualium figurarum naturalium motu nutritivo polycresto delatarum.

XIX. Ergo undè oritur jucunda sensatio? Ex motu nutritivo amicabili, liquorum naturalium figura, & sapore modulatorum delatorum in organicam solidam fibram, omnèque illud, quod nutrit, auget, illuminat, roborat, movet, unit, conservat societatem ipsam amicabilem intèr fluidum nutriens, & solidum nutritum, & illud est amicabilis jucundæ sensationis fundamentum.

ELUCIDATIO III.

Tristis Dolorosa Sensatio qualis.

I. TRisti molestàque sensatione affligitur vivens, sentiens machina ex oppositione, & appositione pungentis, stimulantis, non sociabilis, sed pugnantis bellici saporis, & solventis, lacerantis depravatæ figuræ: Intrinseca officiens sensatio dolorosa offendens sensitivas viventes partes intrinsecas ex molesto urticali, non amicabili succo, sed expellendo, uti inimico sapore non amicabili, & unibili in figura, nec sociabili in nexu naturalis modulationis intèr partes naturales nutriendas, restaurandas vitales. Tristis sensatio est dolorosa pugna tendens ad destructionem vitæ.

Elucid. I. X. & XI. II. Reticendum in præsenti illud non est, quod ostensum, ubi de figuris actum est. Sat ibi elucidatum fuit, nexum figurarum inter partes in machina organica deferre fortitudinem, durationem, vitalitatem, & universalem complacentiam: Hinc universalis nexus intèr partes, conservat jucunditatis sensationem, nutritionis complacentiam, restaurationis durationem, figurarum æqualitatem, sapo-

saporum similitudinem, & ritmicum universalem motum in fibra motrice, machina vivente, & singulis partibus.

III. Insuper dissolutio figurarum, soluta unitas inter ipsas, molesta proportio, & dissimilitudo saporum naturalium, inæqualitas figurationis, disparitas, discrepantia intèr succos fluentes, & solidam fibram ferunt, ducuntque diminutionem nutritionis, morbosum motum, & molestum machinæ, & cuilibet parti viventi, atque pungentem sensationem universalem, vel individuam.

IV. Sic Armonia, jucunditas, delectabilis sensatio intrinseca offenditur, diminuitur, depravatur, & molesta fit in qualibet particulari solutione fibrarum intrinseca, sivè fiat in regione naturali, in vitali, vel animali: dùm figuræ alicujus partis inæquales sunt, & sapores dissimiles, tunc morbi eveniunt tales, quales erit dissolutio, inæqualitas figurarum, & saporum dissimilitudo, sic accidit, & contingit morbus, tristis sensatio, molestus motus, depravata nutritio in parte, & machina tota.

V. Tristis est universalis morbus affligens universam machinam vitalem in motu molesto, & febris est, quæ motus actualis immersus, lædens, offendens machinam ipsam, quia læsio, depravatio, inæqualitas, dissimilitudo figurarum, & saporum est in tota massa fluida intromissa ex peregrino molesto; ideòque universalis motus lædens, offendens, molestamque sensationem ducens universalem. *Idealog. Iconis. XVIII. n. 6. & seq.*

VI. In tali molestia universalis nutrientis fluidi ex occasionali alieno molesto intromisso, fiunt inæquales figuræ, dissimiles sapores, undè motus morbosus universalis febrilis, & quia universalis molestus motus, ideò universalis etiam est dolorosa, tristis sensatio in tota machina: In capite dolor, & vigilia, in palato siccitas, ariditas, sitis: in vitali regione æstuatio, palpitatio, deliquium: in naturali sede vomitus, nausea, inappetentia,

tristis chylificatio; & in singulis visceribus gradata, molesta, dolorosa; tristis sensatio, universalisque lassitudo ex inæqualibus figuris orta, dissimilibus saporibus intromissa: undè motus vitalis universalis morbosus, molestus, offendens, & tristis sensatio.

VII. Succi omnes naturales nutrientes patiuntur molestiam, & per consensum omnes partes ab eis solidæ nutriendæ organicæ, eadem mensura molestantur. In qua tristi molestia tam figuræ succorum communicabiles, quàm sapores ipsi patiuntur distinctas molestias, sicuti eorum modulatio, structura, & modificatio naturalis recedit à statu salubri naturali. Tota machina, quia ex eis nutritur depravatis, ideò intrinseca tristi, dolorosa sensatione afficitur.

VIII. Dolorosa sensatio jucundæ opposita est: illa solvens, pungens, scindens nexum intèr fibras naturales: ista jucunda, quia copulans, ligans, socians partes figuratas. Illa molestans, ideò tristis, & offendens.

IX. Omnis tristis dolorosa sensatio oritur à scissione, solutione, inæqualitate, unitate soluta figurarum, & à dissimilitudine pungenti saporum molestantium, & peregrinorum, quibus correspondet gradatus, molestus, tristis, offensivus sensationis motus.

X. Longa esset disciplina in hoc puncto elucidanda; at quod nostrum in præsenti est, quamvis aliàs per transennam ostensum; attamen ut unica fiat elucidatio, & non laboriosa petendo alias paginas; ideòque dicendum nunc venit, scilicet omnes molestas tristes dolorosas sensationes fundari in soluta unitate figurarum, tàm fluitantium naturalium liquorum, quàm solidarum motricium fibrarum, & etiam mala earum compositione sivè modulatione. Insuper fieri etiàm tristem intrinsecam dolorosam sensationem ex saporibus dissimilibus spinosis, alienis gradatim ab indole naturali, & indole amicabili. Gradatim dixi, nàm si totalitèr dissimiles; mors non tristis sensatio.

XI. Omnis soluta unitas in fibra motrice solida parit mor-

morbos, qui dicuntur esse in soluta unitate: quæ soluta unitas, vel fit ex intrinseca scissione, vel extrinseca ruptione, vulneratione, in qua solvitur amicabilis nexus inter figuras naturales, ligamine sociabili unitas: quæ scissio, solutio offendens motum naturalem affert tristem, & dolorosam sensationem: oritur hæc tristis sensatio fortis ex soluta unitate solidæ fibræ motricis. Interna, vel externa si fuerit scissio, parum fert, & sufficit ad faciendam dolorosam, tristemque sensationem in soluta unitate figurarum naturalium; si scissio fiat præternaturalis in figuris nexis in machina vivente. Dicitur scissio, & soluta unitas intrinseca fieri à succis molestis pungentibus orta: dicitur extrinseca ruptio, contusio, vulneratio à ferro, aliovè scindente, pungente, & molesto. Dolorosa tristis sensatio respicit solutam unitatem figurarum naturalium, & in hoc fundatur, parumque infert si intrinseca, vel extrinseca fuerit soluta unitas.

XII. Retrò non manet mala compositio, sivè modulatio, & modificatio naturalium figurarum: in qua mala compositione, etiam figuræ dant tristem, & dolorosam sensationem. Hæc non dicit scissionem, & solutam unitatem in figuris, sed affert nonnaturalem modulationem, in qua nonnaturali modulatione respicitur vitiosa locutio, vel diminuta, vel aucta in partibus machinæ: distortum brachium, contortus pes, claudicans articulatio, pusillus pes, magnum brachium, & innumeræ aliæ malæ compositiones, ducuntur à mala modulatione partium in situ, & locatione; hinc pars fibra solida malè modulata, dùm movetur, & moveri debet in statu naturali, quia peccat in mala compositione, affert molestam, dolorosam, tristemque sensationem. Omnes defectus malæ compositionis ducunt tristem sensationem in motu, nam motus articularis fit præcipuè ex nexis, modulatisque naturalibus figuris in omni parte machinæ annexis geometricè.

XIII. Oritur universalis tristis dolorosa sensatio ex dissimilitudine saporum; quæ dissimilitudo saporifera parit morbos, qui dicuntur fieri ex intemperie penès anti-

quos.

quos. Saporum discrepantia, & dissimilitudo intrinseca in mole organica, parit universales morbos, universalesque consequentes tristes, dolorosas sensationes. In singulis morbis internis, & universalibus, ac particularibus præcipua occasio ferè fundamentalis molesta oritur ex alienatione saporum in suis sedibus, canalibus, & ductibus, dum molesti ideantur ex occasionalibus causis, fiuntque acidi, acidiores, amari solventes, vel vappidi, salsi scindentes, pungentes, urticosi, muriatici, nitrosi, coagulantes, nimis soluti, vel morosi ex saporifera idea morbosa: omnes enim sapores ex multiplicatis modulationibus, & innumera dissimili molesta intromissa saporifera idea, pariunt tantos, multiplices, varios morbos dictos in intemperie, quantæ fieri possunt innumeræ modulationes, sicuti in modulationibus Abecedariis, & picturis.

XIV. Sapores enim in machina fluidorum, quia sunt origo, & præcipua causa motus crepitationis, ac fermentationis in singula parte, & fibra movente in machina ipsa; oritur inde, ut universalis jucunda sensatio, præcipuè ab eis saporibus fluido annexis, fiat jucunda, non exclusis figuris: sic tristis sensatio ex motu opposito.

XV. At intrinsecæ sensationis exquisitus nobilis vegetus motus fundatur in archeali lucido oleoso succo, cujus luminositas, archealitas, oleositas est in, & ex sapore præcipuè, & in saporosa indole, & idea originem habente, & durationem majorem retinente. His ità positis.

XVI. Succi omnes in massa fluidorum circulantium naturalium, non distinguuntur inter se ipsos, neque totaliter diversificantur ex fluiditate, sivè figura communicabili; nam omnes fluitant, & singuli communicabilem retinent figuram, quamvis gradativam majoris, & minoris fluxilitatis, sivè figuræ communicabilis: tàm salivalis lymphaticus, subacidus, cysticus saponarius amarus, nerveus animalis, esurinus stomaticus, & cœteri omnes. Sunt majoris, & minoris fluxilitatis, sed omnes fluunt, circulant, & deferuntur motu universali, & particulari gyremate. Distinguuntur tamen totalitèr, & variant inter se ipsos liquores

quores ipsi omnes naturales ex diverso sapore, sicuti ex acido, salso, amaro, dulci, austero, &c.

XVII. Est ideò sensatio diversa, jucunda ex variis saporibus: acidum suo acido jucundum; amarum suo amaro, salivale salivali, & hæc sensatio intrinseca inhærens fluidis ipsis saporosis perficitur, & jucunditate afficitur, non solùm in ipsis fluidis, sed etiam solidis illis, quibus adhæret.

XVIII. Nascitur ex hoc anatomico opere, quod sensatio tristis, & dolorosa etiam in diversis saporibus intrinseca fit, & tantis, variisque modis, quanta est series varia, distincta multiplicata ipsorum saporum diffimilium in machina ipsa vivente.

XIX. Sat itaque edocemur in tristibus intrinsecis sensationibus nos magis, minusque affligi, & cruciari ex idea talis saporis vitiosi, minùs ab altero. Dùm acidus sapor alienatur, tristem magis, & dolorosiorem fert sensationem, minùs dolorosa sensatione, dùm lymphaticus sapor depravatur.

XX. At sensatio tristis dolorosa intrinseca gradatam tenet sensationem à diversitate, & varietate saporis diffimilis ex sua naturali idea, & indole recedendo, ut acuta, acutior, acutissima tristis dolorosa sensatio intrinseca fiat ex majori, mediocri, vel maximo recessu à suo naturali sapore, non neglectis sequentibus figuris: ex quo recessu saporoso, mediocri, gravi, & maximo, sic oritur, & gradatur tristis sensatio acuta, acutior, acutissima.

XXI. Tantam gradationem distinctam, & variam ducunt sapores in intrinsecas, ac dolorosas sensationes, sicuti in extrinsecis solutionibus, & scissuris, ac soluta unitate in ipsis solidis figuris contingit ex scissione mediocri, gravi, gravissima.

XXII. In extrinsecis dolorosis sensationibus, in quibus solutæ partes, & motrices organicæ fibræ scinduntur, & contenduntur, ac premuntur ex multiplicibus molestis occasionibus offenduntur: in his præcipua causa dolorosæ sensationis, & gradatio majoritatis, mediocritatis, & gravitatis

vitatis tribuitur figuris, figuratisque solidis partibus scissis. Scissio facta in parte organica solida, si fiat acutissima, & pungenti figura acuti gladii, vel alterius pungentis corporis, vel fiat non pungenti, sed ovata, vel semiplana figura, vel alterius figuræ molestæ, prementis, contundentis, scindentis, lacerantis, uti varius est partium motricium solidarum nexus, & multiplicata varia offensiva figura: sic quoque gradatæ fiunt variæ, distinctæ, dolorosa sensationes majoris, mediocris, & acutissimæ sensationis. Figurarum variarum modulationes externas, & dolorosas gradant sensationes.

XXIII. Offenditur, pungitur, scinditur solida organica fibra, & tristi sensatione prehenditur ex soluta unitate, & non naturali inæquali nexu, tàm à causis internis fermentantibus alieno succo unitis, quàm ab externis offendentibus æqualitatem figurationis in tactu universali: qui tactus sensibilis redditur ex liquoribus intrinsecis nutritivis consonis, & ex ligamine figurarum naturali. In dolorosa sensatione tangibili offenduntur omnes sapores præcipuè, & figuræ modulatæ concurrentes ad motum, & ad concentricam nutritionem, & hæc sensatio intrinseca interna est. Externa exigit figurarum ligamina, & modulationem organicam, & hæc offenduntur in externis occasionalibus scindentibus talem unitatem, & nexum, ac organicam modulationem in solida fibra. Omnia ea, qua apta, & actu faciunt tales scissiones in solidis organicis fibris, sunt causæ præcisæ ferentes dolorosam, tristemque sensationem. Auferunt amicabilem societatem in ligamine, & nexu figurarum naturalem positam; ex quibus robur, fortitudo, salubritas, vitalitas, duratio viventis, ac sensatio ipsa.

XXIV. Qualis igitur ostendenda sit dolorosa, molesta tristis sensatio in omni fluido, in singulo solido vitam habente, sat ex elucidatis, & anatomicis patens est. Esset universam Pathologiam hùc deferre, si omnes molestæ, dolorosæ sensationes elucidandæ intrinsecè, & extrinsecè forent. Paucas necessarias deferre opus est.

XXV. Uti sunt fluida singula figurata, saporosa, modulata

dulata naturaliter, ità sensitivam ferunt sensationem, & offensivam molestam, dùm migrant à naturali indole. Si fuerint fluida archealia impetum, motumque facientia molestis causis offensa, tunc syncopalis molesta sensatio. Si erunt depravata lymphatica, & liquores aqueam ideam sapientes, tunc longo tempore fluida ipsa dolorosis, & molestis ducuntur sensationibus, sicuti in rabie canina, vel felina, uti penès nos observatio rarissima extat. Vel agitur in succo amaro, & tunc celerrima pungens fit sensatio.

Idealog. Iconis. XVII. fol. 309. nu. 21.

XXVI. Alia non levis tenenda observatio, & est: si offendens occasio fuerit destructiva totalis saporis, & consequentis figuræ in fluidum universale luminosum impetum faciens; tunc instantanea velocissima fit mortifera lathalis sensatio, uti accidit in inspiratione venenosa, lotione, potu venenati liquoris, vulgò dicuntur venena ocularitèr enecantia. Potenti nimis efficaci venenata idea corpora talia effatim, instantaneè destruunt omnem saporem naturalem, omnemque figuram in primo fluido vitali, archeali luminoso, quo fluido omisso, & privato omni saporifera idea, figura, & per consequens motu; tunc totalitèr deficit, quod illuminat, quod movet, quod roborat, ac restaurat vitalem motum. Viperina venena intromissa arteriali succo, quæ celerissimo motu totam indolem saporiferosam, arteriosam, impetumque facientem destruunt, hinc celerrimus obitus, & alienatio vitalis motus.

XXVII. Languet, affligitur vivens, tristique sensatione gradatim ex proportione etiam occasionalis molesti offendentis, & dignitate partis offensæ fluidæ, vel solidæ organicæ, sicuti sunt gradationes, ità sensationes tristes, morbi celeres, longi, lathales.

Idealog. Iconis. XVII. fol. 307. nu. 19. & seq.

XXVIII. In his molestis, tristibusque sensationibus semper attendenda est depravatio, & molestia saporis, figuræ, & motus in fluidis, at in solidis nobilis necessaria mediocris, gravis, levis, partis organicæ necessitas.

XXIX. Singulis molestis dolorosis sensationibus semper motus offendens est in sapore culpato, & in figura inæquali, tàm in fluidis, quàm in solidis organicis. A primo,

ad ultimum est fundata causa in hoc, quia omnis jucunda sensatio consistit, fit, agitur, consequitur in motu, & ex motu consono jucundo naturali fluidorum naturalium gyrantium, & organicarum, solidarumque nutritarum partium ab ipso movente vitali. Igitur si jucunda sensatio in motu naturali ipsorum consistit; vitiosa in eorum motu læso, offenso, molesto.

ELUCIDATIO IV.

Machina vivens percipiens sensationem.

I. MAllem iterùm hoc peragere, dùm aliàs, sed per transennam tantùm tactum. Indiget majori, ex fundata elucidatione præsens quæsitum, scilicèt quomodo fiat jucunda, vel tristis perceptio in machina sensitiva vivente. Viventes herbæ, & plantæ sensatione perfecta carere dicuntur, licèt intrinsecè nutriantur, at perceptionis organum non habent. Tangimur jucundè, & dolorosè: tristamur, & intrinsecè lætamur: affligimur, & hilaritate ducimur ex multis occasionalibus datis objectis. Quid hoc, quomodo istud fiat?

II. Ardua non parum est præsens Elucidatio, dùm quidpiam nobile in vivente distinctum à nutritione ipsa exigere videatur; consensus unus, conspiratio una, consentientia omnia signant motum universalem, sed in eo agnosci quidpiam aliud necessarium videtur, ut perceptionis sensitivæ motum habeat, & superioris ordinis, ac nobilioris excellentiæ aliud perfectius considerari debeat præter ipsam nutritionem, & annexa considerata. Ideò:

III. Cribandum profundum absconditum arcanum in hoc, illudque patefieri necessarium est; ac clariori luci nequit tradi, nisi comparatione habita inter artificialia arte facta, & ipsa naturalia organizata intrinseca. Ex artificialibus imitantibus perfectas naturales viventes machinas, opere pretium est argumentum delucidatorium sumere, & ab ipsis elucidari intrinsecam perceptionem annexæ sensationis.

IV. Ha-

IV. Habetur in artificiali horologio, & aliis machinis mathematica, & geometrica proportione constructis, artificialis motus (diceret quis motum animatum artificialem, parce verbo). Automarius artifex construens horologium, aliamvè nobilem machinam extrinsecè se moventem, quia arte facta est, ideò dicitur extrinsecus motus; tunc illam geometricè fabricans, figurat singulas partes necessarias ad motum horologii, vel alterius machinæ construendum; illasque partes unit, copulat, ligat, modulat, modificat, construitque ex eis horologium, & ex eo consequentem motum.

V. In tali automaria machina horologica, non pauca notanda sunt. Primum observanda est figurarum proportio geometrica: conspicitur earum annexio, & ligamen: videtur varia multiplicitas figurarum: est eterogenea ipsarum dimensio, moles, circumscriptio; sunt dentationes rotarum, turbinis modulatio, constrictio, nexio, dependentia, & multa alia non pauca, sed mira arte facta, ligata, annexa, & conspirantia inter se ipsa, ac consentientia, undè motus unus oritur ex omnibus ipsis arte factis, figuratis, modulatis, ligatis, modificatis, & perfectissima geometrica proportione annexis.

VI. Nam in tanto mirando arte facto illud, quod ultimum non est, & cujus causa antedicta fiunt, est regulatus motus proportionatus signans horas, dividens tempus, & temporis morulas; quæ imitatio talis ingeniosi nobilis motus fert, ac elucidat intrinsecum vitalem motum systolicum, perisystolicum, & diastolicum, ducens, & notans expulsionem, morulam, & dilatationem. Ritmicus motus est cordialis talis motus.

VII. Adest regulatus ritmicus in corde motus, qui motus talis fit in corde, & à cordis sede persentitur: Fit in corde tanquam in organo statuto ad struendum talem motum; at non à cordis unica officina talis motus absolutè fit, sed à succis, & fluidis volatilibus tributis ab omnibus officinis necessariis modulatis, modificatis, chyliferis, amaris, subacidis, nerveis, lymphaticis, ad quorum ideam, indo-

lem, modificationem; modulationem concurrunt omnes officinæ, omnesque naturales liquores.

VIII. Vivens motus intrinsecus vitalis est ab omnibus officinis, à singulis fluidis, saporibus, & figuris modulantibus motum ipsum; ut depravata, vel gravitèr læsa una officina, vel quolibet liquore necessario offenso, tunc talis vitalis motus læditur, minuitur, depravatur.

IX. Inde est, ut sicuti in corde, & ad cordis jucundum motum vitalem præstandum, concurrunt omnes organicæ partes, & officinæ, sic etiam ad motum, & opus aliarum singularum officinarum elaborantium concurrunt, & necessitant motus cordialis, animalis, & naturalis.

X. Ventriculus non agit suum naturalem, jucundum chyliferum motum, dùm laborat cordis sedes graviter, V.G. motu febrili, nec si laborat sedes animalis capitis, operationes universales fiunt à tota, & singulis partibus machinæ.

XI. Est motus quilibet in vivente machina dependens, & alteri annexus, omnesque unam armoniam faciunt: omnes partes horologii movent, & moventur, & singulæ modulant universalem motum, & modulantur à qualibet figurata parte: unaquæque moles recipit, & dat, movet, & movetur.

XII. Necessaria est quælibet pars ad motum universalem conficiendum in artificiali horologio, sivè motu, ut jucunditas ritmica sit ab omnibus partibus, & in omnes partes fluat, agitur, & necessitat annexio, consensus, unio, geometrica proportio partium omnium, ut singula ducat, & ducatur, moveat, & moveatur ex sociabili amica modulatione, & annexione.

XIII. Sat explanatum est superioribus paginis, quod universalis motus motricis fibræ moduletur, modificetur in singulis officinis, à propriis saporibus, & æqualibus figuris, ut in ventriculo fiat universalis motus chyliferus, in intestino duodeno cribativus, in cysti fellea amaricans saponarius, in pancreate subacidus, in lacteo sacculo lactiferus chylus, in corde illuminativus archealis, in pulmonibus

bus elasticus movens,& depurans, in sede animali nerveus micativus sensitivus, in meningibus, & ventriculis imaginationis, ideationis, & susceptionis; ità de cœteris singulis sedibus solidis, & fluidis tenendum est.

XIV. Percipiens sensationem dicitur, & est omnis sedes, omnis fibra, omne organicum, sed sensationis motum naturalem refectivum, ideativum proprium susceptum etiam ab aliis officinis concurrentibus ad universalem motum: undè sensatio ab ipsis intrinseca percipitur, sivè tristis, sivè jucunda, & singulis partibus motum habentibus, & dantibus.

XV. Est perceptio sensationis jucundæ habita à quolibet organico, sed insensibilis jucunda, at sensibilis tristis, quia affligitur, rumpens, scindens dolorosa est, & jucunda insensibilis est, quia fibra organica semper simili motu gaudet, & per motum habitus: tristis, quia violenta, & pungens advenit de novo; ideòque tristis semper percipitur, & jucunda nonnisi ordine naturali.

XVI. Res nunc ex dictis ostensis prænotanda in sensationis perceptione, scilicèt affici universalitèr jucunda, vel tristi idea totam viventem machinam, & unâ simul omnes ejus integrantes partes jucunda, vel tristi sensatione. Laborat scissus digitus, & affligitur dolorosè tota machina, gaudet oculus, auris, jucundè afficiuntur singulæ partes.

XVII. Cœteræ singulæ partes percipiunt sensationem ordine sui proprii muneris, sivè jucundam naturalem, vel molestam occasionalem; at illam percipiunt singulæ officinæ secundum proprium munus, sic ventriculus in chylificando, cor illuminando, &c. sedes verò animalis nervea officina, phantasiæ, & sensationis universalis, sivè sensorii, uti speculum perceptionis, & sensationum fit, ut in perceptione sensationis cujuslibet primarium munus percipiendi fieri debeat in ipsa prima sede perceptiva, in qua, & ex qua fit perceptio, quæ sedes animalis in capite est, & in ea fit præcisa perceptio, & sensationis advertentia; nàm ipsa est sedes conficiens sensationis motum, &

in

in ipsa, & ab ipsa jucunda, vel molesta perceptio, sicuti in ventriculo præcipuum opus chylificandi, in corde illuminandi, cœterisque officinis, signatur proprium munus, ita in animali sede perceptionis sensitivæ munus, dum nervea sedes.

XVIII. Individuæ singulæ officinæ jucunditèr afficiuntur, vel laborant in propriis suis naturalibus operibus, sic animalis sedes, & officina fabricata, ut perceptionis sensitivæ, & imaginis jucundæ, vel tristis ipsa ideam comprehendat, & comprehendendo distinctas sensationes distinguat; ideòque aëris dotata, & origo nervorum.

XIX. Patet quodlibet organicum sensitivum gaudere propria tangibili sensatione: oculus videndo, auris audiendo, palatum gustando, nares in odore jucundo, vel molesto: in omnibus singulis his gaudet, vel tristatur jucunda, aut dolorosa sensatione sedes animalis, veluti principium, & officina perceptionis sensitivæ; & hoc non alia causa fit, nisi ex unica omnium sensuum, ac partium conspiratione, consensu, & nexu. Lætatur, gaudet universalis machina, dùm videntur pulchra, & jucunda, dum armonia, melodia auditur, dùm suavia gustantur, dulcia, dùm odorifera olfactui traduntur. Sic etiam opposita tradunt universali machinæ doloròsam sensationem. Tristamur si horrida, funesta videmus, si turpia conspicimus, si fœtida, & insuavia naribus tribuimus: Spinosa, & amara gustando, aspera tangimus. Horologium si lædatur in qualibet figuræ parte, depravatur in tota machina ex causa unius conspirationis, unionis, ligaminis, & universalis consensus. In spirali gyremate datur prima læsio, motusque ritmici offensio: in sede animali percipitur sensationis jucunditas, offensionis tristitia, quia sedes imaginis, & perceptionis sensitivæ: sic modulata partibus illis nerveis sensationem modulantibus.

XX. In quolibet sensu, tam visivo, auditivo, odore, gustatu, tangibili potest machina vivens affligi, ægrotare, passionem pati: sicuti in singulo sensu, & sensatione tristi tota machina ægrotat, & dolorosa perceptione ducitur,

tur, sic quoque in quolibet sensu ex solo conspirationis, & univoci consensus fibræ universalis motricis intèr omnes partes nexu, idem accidit.

XXI. Et si dolente aliqua parte corporis, omninò dolorem machina non percipiat, in tali machina vivente sensitiva mens ægrotat: Certò laborat animalis perceptiva sedes, unde confirmatur nostrum systema. Ut ægrotet necessarium est, ut partes nutritivæ fluidæ archeales, & nerveæ peccent in sapore, & figura naturali, & per consequens in motu illuminationis, & imaginis naturalis; rectè naturalitèr habitis saporibus similibus, & figuris æqualibus in fluido naturali, sequitur motus consonus, & jucundus in tota machina, singulis partibus, & sensibus, & in prima sensoria percipiente sede illis dissonis, & offensis tristis sensatio est. In his ponenda sensationis sedes perceptiva.

XXII. Neque obtineri potest individuæ cujuslibet sensationis motus, nisi in tota machina, & universali fibra sit archealis luminosa nutritio, universalisque motus: nec oculi vident, nec aures audiunt, nec palatum gustat, & cœteræ aliæ organicæ partes sensatione afficiuntur, nisi succis luminosis naturalibus nutriantur, ut remota, vel diminuta impressione adhæsiva luminosa, tota machina in suis sensationibus molesta, & diminuta fiat.

XXIII. Sicuti sensatio requirit modulationem saporis, & figuræ in tota machina, ita quoque pars quælibet concurrit ad sensationem ipsius machinæ universalem obtinendam.

XXIV. Sensationem non habent fluida simplicia, nec simplices sapores, non solæ figuræ, non partes ipsæ organicæ carentes intrinsecis decurrentibus nutritivis fluidis actu: omnia simul unita, annexa, ligata, modulata ferunt, faciuntque motum, sensationem, & ipsius sensationis perceptionem.

XXV. Est in motu artificiali horologii imitantis naturalem motum viventis machinæ, ut nulla pars ex se sola horologium faciat, nec det motum, singulæ partes non liga-

ligatæ, non annexæ motum non dant: omnes necessariæ sunt, sed alligatæ, annexæ, & proportione gaudentes motum dant, & regulatum, sic sensationem tribuunt non dissimili ordine in vivente integrantes partes annexæ, & naturali vinculo modulatæ.

XXVI. Naturalis motus intrinsecus habetur in machina vivente dùm fluida modulata, specificata, saporifera, figurata faciunt motum universalem in omnibus partibus; indèque sensationem qualemcunque suscipere capaces.

XXVII. Si tantis variis, distinctisque sensationibus afficitur machina vivens, quanti erunt varii succi, distincti sapores, diversæ figuræ, & innumeræ horum omnium modulationes; ex his obtinetur multiplicitas sensationum jucundarum, & tristium, & ex his tribuitur etiam distinctus varius perceptionis motus in sede animali, à qua sapores, & figuræ omnium fluidorum à machina delatorum suscipiuntur, & ita in ipsa machina tantæ, talesque sensationum perceptiones multiplices fiunt, & variæ in organicis sensoriis, visivo, auditorio, gustante, olfaciente, & tangibili universali.

XXVIII. Anima sensitiva dicta, & perceptiva in sensitivis machinis non excogitanda quidpiam imaginarium, aut aliquid distinctum ab ipsis fluidis fermentativis, nutritivis, luminosis archealibus saporibus similibus, & æqualibus figuris dotatis unâ insimul gyrantibus, ideatis in sede animali, ubi sensatio gravis, levis limitata fit ordine, & proportione ipsorum fluidorum delatorum, in ipsam perceptivam sensationis sedem. In motu utriusque, & fluidi universalis, & fibræ solidæ organicæ motus, sensatio, perceptio sensationis agitur.

XXIX. Talibus, tantisque singulis fluidis, saporibus multiplicatis, & modulatis fit in machina ipsa universalis ideatio, & perceptivæ sensationis multiplicitas, varietas, distinctio.

XXX. Insuper sicuti ideationes jucundæ, & earum perceptio fiunt, & imprimuntur à saporibus, & figuris, à qua-

qualibet sede, & officina ideante, & perficiente, ità quoque in sede animali, & officina perceptiva sensationis ideantur perceptiones sensationis. Vappidæ, feraces, molles, torpidæ aguntur in sede qualibet, uti est cujuslibet sedis structura, & modulatio, ità quoque torpida, vivida, morosa, salina, & aliis modulationibus structa animalis sedes perceptiva sensationis: sic percipit sensationes ipsas: Fatui, morosi, torpidi, vappidi homines, tardè, morosè, fatuè sensationis perceptionem habent. Sagaces, bellici, audaces, nimis luminosi, & archeales, celeritèr, instantaneè, exquisitè perceptionem sensationis cujuslibet retinent. Ideò:

XXXI. Omnis sensationis perceptio sequitur primaria vestigia, & ideas illas animalis sedis, sivè sint per essentiam, sivè per consensum, tàm jucundæ, quam tristes. Per essentiam ex propria structura, indole, & seminali idea; per consensum ex occasionalibus datis causis tàm internis, quàm externis.

XXXII. Negandum non est, quod offensis aliis organis præparantibus, per consensum etiam compatiatur sedes perceptiva ipsa sensationis, quia consensus unus, conspiratio una, consentientia omnia. Laborat in suo opere quælibet officina, & sedes in perficiendos sapores, & figuras, & alibiles succos, ità etiam gradatim affligitur sedes perceptiva animalis ipsa. Quodlibet viscus, sivè ventriculus, pancreas, hepar, cor, pulmo, cerebrum, &c. si peccent in propriis perficiendis succis, sicuti ex his compatiuntur singulæ organicæ partes, ita quoque sedes animalis perceptivæ sensationis affligitur.

XXXIII. Esset fabulosum cogitare, imaginari, quod in leone, urso, cane, simia, aliaque perfecta sensitiva machina sit quidpiam essentiale distinctum faciens perceptivam sensationem, prætèr sapores ipsos alibiles succos naturalitèr modulatos in similitudine saporum, & æqualitate figurarum, & specifico, intrinseco ex his consequente motu; qui motus specificatur, & modulatur à diversa multiplici idea saporum & figurarum annexarum nutriti-

vis succis: quibus, & ex quibus oriuntur, atque fiunt sensationes, tàm jucundæ, quàm molestæ. Latratus in cane, rugitus in leone, hinnitus in equo, ululatus in lupo, balatus in ove, & de cæteris omnibus, uti rabies, furor, & aliæ molestæ operationes in ipsis, illisque fiunt ex occasionalibus causis, universale nutriens fluidum mutando, depravando, molestando. Consensus unus, conspiratio una, consentientia omnia in perceptione sensitiva adesse debent.

XXXIV. Mirum esset, & non solùm fabulosum dicere, & byltricam ducere fallaciam, si quis assereret animam sensitivam brutalem esse quidpiam in singulo vivente reperibile, & esse aliquod præter fluida naturalia ipsa saporosa, figurata, & modulata, intrinsecumque motum ducentia. His enim positis, ac modulatis in qualibet sensitiva mole organica statim ordine generationis obtinetur machina sensitiva vivens, & uno ex eis remoto naturali sapore, vel figura, vel fluido universali, statim decidit, ruit motus, & machina ipsa, omnesque abolentur sensationes. Igitur quid sentiendum erit si his positis, & annexis, non solùm struitur machina organica viventis sensitiva; sed omnes specificæ, & particulares operationes aguntur; & remotis removentur omnia, & vita, & motus, & opera quæcunque? quid ergò ultrà petis, ultrà cogitas, ultrà dubitare permittis? Restat ergò ut perceptiva sensationis animalis sedes sit percipiens, & distinguens ex propria innata seminali indole, origine, & idea seminali à parentibus ducta, mediantibus saporosis nutritivis modulatis, figuratis, delatisque succis à machina universali, singulisque partibus unâ simul consentientibus, conspirantibus in unum universalem motum distinctum, multiplicatum, modificatum in qualibet sede, officina, & organica parte, in quam defertur, & à qua ideatur: ut ordine nutritionis singulum organicum movet, & moveatur, ideat, & ideetur, perficiat, & perficiatur à succis naturalibus ipsis variè multiplicitèr distinctè modulatis in sapore, figura, & motu, sic ventri-

culus

culus chylificando movet, & movetur, ideat, & ideatur; hepar cysticus, folliculus pancreas, sacculus lacteus, pulmones, cor, cerebrum, omnesque officinæ, & sedes nervea animalis perceptiva sensationis à fluidis ideatur, & ideat ipsa, nutritur ab ipsis, & signat ipsa imprimit, & imprimitur, perficitur, & perficit, ut omnes officinæ, & sedes in machina vivente eadem simili causa modulatione, æqualique ordine perficiant, & perficiantur in propriis suis naturalibus ideis, motibus, & operibus. Tantum sentiendum nobis venit de perceptione sensitiva in machina vivente orta, oriunda, facienda.

ELUCIDATIO V.

Species diversa Sensitiva quomodo in hoc Systemate.

I. SPecies innumeræ sensitivorum brutales, aquatiles, volatiles, reptiles, verminosæ: Aliæ perfectæ, imperfectæ putabiles tales, & in his tantæ animarum sensitivarum multiplicium assertarum, non paucæ varietates, multæ diversitates signandæ essent.

II. Præcipuas vermium species quomodo unquàm distinguere potes? Brutales innumeras, volatiles quis numerare poterit? maritimas, & fluviatiles species quales in abecedario, & longo dictionario rescribere vales? caseosas, ferreas, verminosas, fungosas, nec longissimus catalogus retinere valet, & quod mirum est in singula parte cujuslibet organicæ molis fit verminatio diversa, varia, distincta in ossibus, musculis, glandulis, membranis, &c. Quantæ sensitivæ animæ numerandæ essent variæ, sicuti sunt diversæ specificæ viventes machinæ? Fabulosum est cogitare dictas sensitivas animas vulgò tales nuncupatas, esse quidpiam distinctum specificum à motu universali ipsius viventis machinæ. Sunt motus consequentes molem structam, saporosam, figuratam, modulatam; & tales motus intrinseci specificant omnes *Enucleat. I. Elucid. x.*

varias species ex suis diversis saporibus, & figuris variè modulatis.

III. Est in vegetantibus seminibus talis varietas ex modulatione saporum, & figurarum, undè diversæ herbæ, variæ plantæ, & motus fructificandi seminales: Est quoque idem tenendum in sensitivis machinis, uti sat elucidatum est in artefactis variis.

Cap. 1. IV. Cœperunt primæ productiones, & primæ propagationes ex creatione facta à Primo Infinito Creatore in Genesi Sacra, ut herba in herbam contineret in semine ipso proprio genus suum. Sic bestiæ volatiles, quadrupedes, aquatiles, & singulæ organicæ machinæ creatæ traducerent successivam perpetuam speciem, germinando, producendo, generando sibimetipsi similem partum, fructum, herbam, plantam, sensitivum in genere, & specie sua.

V. Inest his omnibus primis insitum fundamentum fœcundationis annexum partibus organicis ipsis, ex quibus conflanda esset successiva perpetuitas propagationis: à qua, & ex qua successivitas omnium producendorum, ac generandorum esset.

VI. Est fundata, & traducta species quælibet, & sensitiva omnis à Primo Creatore Immenso creata, & successiva propagatio singulæ speciei à Prima Creatione Primorum Fluidorum, Saporum, & Figurarum unâ simul annexione, & unitate copulante in qualibet vivente machina, cum sua simili consona æquali proportione, & modulatione traducta, & traducenda à generantibus in suos seminales fœcundatos partus.

VII. Sortiuntur talem ideam specificam omnes sequentes machinæ à prima creata specie tàm vegetativa, quàm sensitiva, brutali, aquatili, volatili, verminosa, & fungosa.

VIII. Diversitas tantarum specierum, non aliam agnoscit ideam, nisi illam primam initiantem perfectissimam creatam à Primo Immenso Opifice: in qua fuerunt posita, data omnia ea, quæ necessaria erant cuilibet specifi-

cificationi, & propagationi sensitivæ traducendæ à primis generantibus, & vegetantibus creatis.

IX. In tali, tantaque mirabili distincta armoniaca creatione specierum, sicuti fuerunt species creatæ variæ, & distinctæ; ita fuit etiam datum, factum, genitum, productum totum illud valens species varias facere, ducere vitales motus specificos, & consequentes operationes naturales consonas cuilibet speciei.

X. Ut sint species variæ, diversi vitales motus, & sint distinctæ viventes machinæ, necessitant ea concurrentia intrinseca, & integrantia omnem, singulamque machinam, & eo ordine, & varietate perficere intrinseca nutrientia, & restaurantia, sivè specificantia quamcunque viventem organicam molem. A similibus, æqualibus, & consonis primis fundamentalibus struentibus hæc obtineri possunt.

XI. Et sicuti motus sunt diversi specifici in machinis variis, dependentes à modulatione intrinseca, & indole, atque idea; ita paritèr vitales viventes machinæ diversimodè specificantur.

XII. Reguntur, diriguntur, modulantur ideæ, & intrinsecæ indoles à primis fœcundis ovariis fluidis in generatione, productione vivipara, & ovipara ex seminali fœcundante idea, sicuti in vegetativis hoc agitur ab ovulis, sivè seminibus vegetantibus.

XIII. Sunt fœcundi succi ovarii vivipari ovipari, vegetantes, verminosi, fungosi, ideantes, modulantes, ac indolem variam, diversamque ducentes ex intrinsecis suis figuris, saporibus, & modulationibus. Sic etiam diversa fiunt fluida ovipara, vel vivipara specifica ovaria multiplicia distinctas ducentia species multiplices varias distinctas.

XIV. Æqualitas, similitudo, proportio, modulatio, modificatio talium ovariorum succorum ducunt ideam, indolem, & specificam quamlibet structuram in similitudine, æqualitate, proportione, modulatione consona tali specie, quam ferunt: quæ specificatio, similitudo, & pro-

proportio varia multorum succorum est ideata in ipsis, & ab ipsis.

XV. Sensitivæ omnes species diversificantur, moventur, agunt, operantur propria intrinseca munera ex modulatione intrinseca proportionata indole saporosa, & figurata omnium partium nutribilium: Quantum idem est, ac earum partium organica modulata solida intrinseca machina talibus saporibus similibus, & æqualibus figuris specificetur, ultimetur.

XVI. Erunt tales succi singuli nutrientes naturales varii diversi, intrinseci sapores, & annexæ figuræ, si inter se proportionem habeant naturalem succi singuli nutrientes, & ipsi sapores, annexæque figuræ: quibus variis, varii sunt sapores singuli nutrientes.

XVII. Naturalis figura si erit in fluido rotunda, pyramidalis, ovalis, octoedrica, quadrangularis, sic erit sapor acidus, amarus, subsalsus, austerus, dulcis, & talis figura, talis sapor, talisque consequens motus.

XVIII. Sicuti colores tales faciunt tale pictum, talemque imaginem, paritèr quoque tales figuræ, talesque sapores in succis nutritivis fœcundis ovariis viviparis, vel oviparis construunt equos, non leones, simias, non serpentes, lupum, non bovem, &c.

XIX. In primis creatis speciebus fuerunt unâ simul producti, creati tales diversi varii fœcundi sapores ducibiles à progenie in progeniem, & in sensitivam perpetuitatem omnium specierum propagandarum.

XX. Tunc habetur intrinseca naturalis, fundamentalis saporifera, figurata fœcunda modificatio in sensitiva machina, & varietas, quando reddita fuere omnia fluida naturalia apta fœcunda, ovulationi viviparæ, & oviperæ: Habentur hæc intrinseca naturalia modificata fundamenta in speciebus variis ex multiplicitate, & diversitate ipsorum fluitantium naturalium variè modulatorum succorum.

XXI. Indè est multitudo specierum, varietas, distinctio, diversitas specifica dependens ex talibus saporibus

bus, & figuris primis ex prima creatione fundatis: ex quibus postera successiva multiplicitas, & diversitas tantarum specierum ducitur.

XXII. Uti ab intrinsecis fluidis ovulatis, fœcundis nutritivis, modulatis oritur diversa, varia origo generationis, productionis, tam sensitivæ, quam vegetativæ, & verminosæ; ità agnoscunt ista diversitatem specificam ex saporibus, & figuris ipsis.

XXIII. Æqualitate, similitudine, proportione, modulatione servata, & fœcundatione habita saporifera in dictis intrinsecis fluidis specificis, in qualibet specie ex his genita, & producta agnoscunt proprios generantes habentes similes sapores, tales proportiones, & modulatas æquales figuras, quæ traditæ à generantibus in proprios filios, servant specificam similitudinem ex dictis saporibus, & figuris naturalibus.

XXIV. Quomodo hoc fiat: sat fieri constat ex motu traducente intrinseco universali tantas multiplices diversas species, quantæ erunt ipsarum figurarum, ipsorumque saporum multiplices varietates, & intrinsecæ modulationes diversæ, & naturales liquores fœcundi distincti.

XXV. Una quælibet sensitiva vivens machina initium fœtationis, ovulationis, pullulationis, & seminalis fructiferi vegetantis structura habet talem specificam ex universali motu, quo fit ovulatio, fœtatio, fœcundatio, & perfecta structura singulæ machinæ. Quæ initia, qui motus diversi specifici ab ipsis fœcundis saporosis, figuratisque succis diversimodè ideatis sunt.

XXVI. Omnis generatio fit ex motu universali orto ex tota, & in tota machina fluida, & mole organica ipsa; ideòque ideæ, impressiones, similitudines specificæ, & individuæ tales habentur variæ, uti sunt motus generativi, varii, & diversi ex variis, distinctisque viventibus machinis, quæ tales diversæ sunt specificatæ, quia tales fuerunt earum succi, sapores, & figuræ diversæ. Leo generat leonem, lupus lupum, turdus turdum, piscis piscem, serpens serpentem, herba herbam, &c.

XXVII.

XXVII. Modulatione diversa figurarum naturalium, & varia posita in fluidis, ideò habentur diversæ organizationes, & sequentes operationes distinctæ specificæ, & organicæ diversæ in sensitivis machinis; ideòque leo rugit ex suis organicis structuris rugens: equus hinnit, latrat canis, balat ovis, ululat lupus, crocitat corvus, sibilat vipera, ælisit grillus, susurrat apis, & omnia sensitiva organica suas ducunt operationes, uti specificatio in organis habetur ex modulatione figurarum tuentium, & saporum vibrantium: quorum varietas, & distinctio organica parit diversitatem specificam ex ipsis diversis fœcundis seminalibus fluidis ovulatis, & ovulandis in specificis cavitatibus uterinis viviparis, oviparis, herbaceis, cœterisque.

XXVIII. Observationem mechanicam habemus quotidie in machinis sonoris, in quibus togulæ, pleuritides, epistomia, pannora, buccina, tuba, cithara, tympanum, & tot, tantæque machinæ musicales edunt, præbent varios distinctos diversos sonos, & armonias ex multiplici, & varia figuratione arte facta organica, & structa: hæc imitantia sunt machinas sensitivas viventes diversas modulatas, varièque figuratas organicas, ideò varias ducere voces.

XXIX. Dant armoniam multiplicem, variam, distinctam, multiplicem ex sola figuratione arte facta organica, & ex diversis modulationibus habitis ex ipsa musicali disciplina præbente, edocente tantas, varias, diversas, multiplices, mirabiles regulas modulandi dicta organica arte facta instrumenta, vel tactudigitorum, vel sufflamine elastici aërei.

XXX. Oriuntur igitur motus, & operationum diversitates, distinctiones, & varietates in sensitivis machinis primariò ex saporibus nutritivis, figuris æqualibus, & motu consequenti in, & ex intrinsecis fœcundis fluidis, undè generationes, productiones, & vegetationes, speciesque sensitivæ diversæ tales oculariter ex nostro systemate elucidantur.

XXXI.

XXXI. In similitudine specifica, & individua cujuslibet machinæ, est ipsa fibra motrix specificans, distinguens, varians propriam speciem. Fit talis specificans fibra motrix ex positione tali saporifera, talique æqualitate figurarum: undè similitudo inter fibram motricem, & propriam suam machinam, cujus universalis, & motrix fibra est.

XXXII. Nequit haberi partium eterogeneitas in machina singula, non data saporum eterogeneitate, & figurarum varietate inter musculos, glandulas, ossa, omnesque partes eterogeneas: quæ obtinetur ex variis fluidis saporosis figuratis, modulatis.

XXXIII. Hoc accidit, & naturalitèr extat, ut in machina ipsa sit multiplicitas saporum, & figurarum, ex qua oritur eterogeneitas omnium partium integrantium machinam ipsam: quanta major necessitas agitur, & tanta varietas, dissimilitudo, & diversitas debet esse in ipsis specificis perfectis variis dissimilibus speciebus.

XXXIV. Oritur celebris multiplicitas partium ex fundamento, & multiplicitate fluidorum nutrientium: multiplicantur eterogeneæ variæ specificæ partes; fortiori causa oriri necessitat multiplicitas specierum ex saporibus, figuris, & modulationibus multiplicatis, & modulatis in ipsis fluidis, varia, diversa, distincta ideatione affectis.

XXXV. Cessat omne dubium in hoc systemate, dùm anatomicè scrutamur, videmus, gustamus sapores omnes, diversasque officinas perficientes tales, tantosque varios, distinctos, diversos saporiferos liquores; scilicèt salivalem esurinum compositum, amarum subacidum nerveum, dulcem sanguineum, aliosque.

XXXVI. Systemate nostro posito, fundato, & elucidato ex ipsis figuris, saporibus, & consequenti motu, nimis clarè patet sensitivarum specierum quomodò fiat, & sit diversitas, multiplicitas, & cujuslibet individuum opus: nec quidpiam scrutinio, & hoc systemate dubiosum, clarescit, patet, & anatomicè elucidatur.

XXXVII. In hoc systemate non traduntur fallaces,

intricatique termini; nam ubi loquitur anatome, & mechanica elucidat, non obscura, byltrica, fallacia ostendunturur, sed vera patentia nota visui, & gustatui. Qui nescit prima, scit sequentia; qui nescit illa prima fundamenta, ignorat omnia sequentia.

XXXVIII. Similitudo, dissimilitudo, varietas, multiplicitas, monstruositas, motus naturales, morbosi, salubres, neutri, & occasionales omnes, posito nostro systemate clarè fundato in saporibus, & figuris succorum, & consequenti motu, statim patescunt, elucidantur. Quid ergò dubitandum ex eis oriri, fieri multiplicitatem, & diversitatem specierum sensitivarum?

XXXIX. Tuentur figuræ specificationem machinarum, ac eorumdem conservationem, durationem, fortitudinem, multiplicitatem, vitalemque motum modulatione organica structum.

XL. Ex saporibus omnis nutritio, & nutritionis diversitas, & multiplicitas, quorum carentia, labescit nutritio, deficit vitalitas, & sensatio quælibet.

XLI. Motus universalis intrinsecus vitalis semper, & successivè obtinetur ex figuris, & saporosis succis modulatis luminosis archealibus gaudentibus eterogeneitatem figurarum, & saporum, ex quibus motus intrinsecus omnis: Rusticis etiam patens in uvarum pressione, & aliorum succorum copula.

XLII. Annotandum semper est fortissima probatio ostensiva, anatomica elucidatio, & est hæc: ut talis motus vitalis qualiscunque: duratio ejusdem, conservatio, & multiplicitas in omnibus sensitivis machinis, tunc salubres naturales gradatim observentur, sicuti sunt, & conserventur in machinis ipsis, dùm sunt æquales figuræ, similes sapores naturales: quibus quomodocumque læsis, sivè graviter, levitèr, vel mediocritèr; ità ad unguem ipsa, & quælibet singula vivens sensitiva machina gradatim geometrica proportione vivit, læditur, depravatur, operatur. Quid ultrà certiùs petendum venit?

XLIII. Tenet universalis quælibet vivens sensitiva machi-

machina semper annexas figuras, semper continuò fluitantes sapores, quibus firmatur, movetur, nutritur, & maritali copula in eis habita, sic vivit, operatur intrinsecè, ac extrinsecè sua munera ducit.

XLIV. Est igitur quælibet sensitiva machina fundata, structa in sua integra annexione, & textura, atque proprio naturali esse, quo operatur, ideat, specificat: movet, movetur, nutrit, perficit, & perficitur, durat, assimilatur, salubritèr, vel ægrè agit, omniàque, & singula naturalia interna, & externa fert opera ex figuris, saporibus, & consequenti intrinseco motu universali, & individuo. His elucidationibus elucescit undè, quomodò omnes machinæ vegetent, crescant, vivant, augeantur, perficiantur, durent, vitalitate gaudeant in specie singula vegetativa, & sensitiva, nec quodcunque dubium arduum, obscurum quæsitum venit, quod præsenti systemate anatomicè elucidatum non extet. Virtuose Lector, tibi hos meos breves labores fœlici calamo consecro, dico. Tu benignè corrige, eruditè decora, & si quid amarum extat, tua dulci facundia irriga. Undique perfectum, ultimatum, non diminutum esset præsens Iconologicum, & antecedens jam typis datum Idealogicum; si Pathologicum esset consequens opus; Deo Summo, Maximo, Infinito, Laudabili permittente, viribusque meis, misericordiam, tempusque indulgente, luci dandum.

FINIS.

INDEX

Notabilium in Opere sistentium.

Ubi pagina, inde numerus denotatur.

A.

ANima sensitiva, quibus fundetur. Pag. 240. n. 28. & 29.
Anima vegetativa rigorosè, quæ intellitenda. 204. 4.
Animalis regio, quarè multis gaudeat emũctoriis. 173. 2. et 3.
Annexio figuræ in omni vivente, unde. 20. 14.
Aqueum primum fluidum fundamentum nutritionis. 7.
Aqueum fluidum, fundamentum naturale, initium necessarium vitalitatis nutritivæ. 8.
Aqueum primum fluidum sua gaudet figura. 22.
Aqueũ fluidum, quomodò innumeris afficitur figuris. 24. 5.
Aqueum primum fluidum, quomodò capacissimum omnis figuræ. 15. & p. 23. 2.
Archeale lumen in machinis genitis quid pariat. 50. 8. & 9.
Armonia in machina vivente. 42. 2.
Ars quælibet quarè excellens. 8. 5. & 6.
Artefacta quæcumque, quarè majestate gaudent. 17. 6.
Artefacta varia confirmant sensationes diversas. 246. 18.
Artefacta docent vocis varietates. 248. 28. 29. & 30.
Artis & artificis excellentia, in quo sit. 38. 4. & 6.

B.

BLandimur, lætamur, tristamur quomodò. 238. 19.
Blanditur, & pungitur vivens. 209. 1.
Bona jucunda sensatio. 213. 10. & 11.
Bona sensatio, quæ exigat. 224. 9.
Bona fructificatio, universaliter gradatum exigit tempus. 200. 3.
Bonum fructificationis opus, & tempus. 200. 3.
Breve discrimen inter Ideam naturalem, & motum intrinsecum. 207. 3.
Brevis elucidatio somniorum. 211. 6.

Bre-

Brevis distinctio inter species, & anni tempora crescendi. 202.1.
Brevis, & longa fœcundatio, undè, & morosa. 199.2.
Brevis distinctio fructificationis inter diversas species. 197.1.

C.

Capilli, quarè non crescant in mortuis. 114.6.
Castrata sensitiva, quarè obesa. 134.8.
Chyli vitia, quarè non corriguntur ab aliis officinis. 86.7.
Chyliferus motus ex variis saporibus, & figuris. 155.3.
Copula maritalis eterogeneorum salium, parit fermentationem. 155.4.
Cor, quarè musculosus. 183.5.
Cordis organum universales ideans succos. 102.7.
Crepitatio fungorum, ex quo. 126.9.
Crescere supponit vegetare. 133.1. & 2.
Crescens rigorosum quandò. 202.1.
Cribatio illuminationis motus in fluidis. 170.4.
Cribatio fert perfectivos motus. 170.5.
Cribationis utilitas in fluidis. 169.1.
Cribationis artificialis motus, & necessitas. 169.2.
Cribationis motus sequitur vestigia nutritionis. 171.6.
Cribationis motus continuus. 171.7.

D.

Defectivi motus eterogeneitatem etiam petunt. 155.3.
Dissimilitudo specierum, ex quo. 70.14.15. & 16.
Dissimilitudo operationum in eadem specie. 70.17. & 18.
Dolorosa sensatio ex sapore culpato. 233.29.
Duratio successiva viventis, ex quo. 164.4.
Duratio in viventibus, & artefactis, undè. 54.5.
Duratio fermentationis, undè. 54.6.7. & 8.
Duratio longa, undè. 76.12. & 13.

E.

Elastici gradatio, quanta distincta producat. 116.8.
Elastico sit motus. 160.6.
Emunctoria diversa ex fluidis, & sedibus diversis. 172.2.
Eterogeneum volatile motum initiat. 153.2.
Eterogeneum seminale fluidum, quare. 154.2.

Extri-

Extricans motus primus, ex varia separum, & figurarum copula. 154.2.
Extricationis primus motus generativus, ex quo fiat. 49.5.

F.

FAbrica qualis in organo fœcundante. 131.3.
Farinaceo fermento similis fœcundatio. 134.7.
Fermenti panifici gradatio. 102.9.
Fermẽtativus motus, quæ agat in fluido naturali. 167.5.6.
Fermentativus motus multiplex. 164.5.
Fibra motrix solida. 179.4.
Fibra motrix sic dicta. 180.7. & 8.
Fibra motrix non omnis ideans. 181.2.
Fibræ motricis duratio. 75.6.
Figura quæ sit. 14.1.
Figura in quolibet semine vegetante diversa. 31.2. & p. 35. 11. & 12.
Figura vegetantium seminum, rudimentum universale omnium partium. 32.4.
Figura qualis in sede fœcundante. 131.3.
Figura diversa in emunctoriis necessaria. 174.5.
Figuræ communicabilis gradatio in fluidis. 28.15.
Figuræ dimẽsio major, non productio in seminibus. 32.5. et 6.
Figurarum naturalium fundamentum. 2.
Figurarum incommunicabilitas, hujusque gradatio, & existentia. 2.
Figurarum solida, perpetua stabilitas. 3.
Figurarum signatura in semine fœcundo. 11.
Figurarum necessitas ex creatione. 21.18.
Figurarum designatio in seminibus vegetativis. 21.19.
Figurarum distinctio inter solida, & fluida. 26.13.
Figurarum conservatio in salibus extractis. 29.18. et 19.
Figurarũ multiplicitas diversa in partibus machinæ. 29.20.
Figurarũ multiplex diversa positio in fœtibus. 36.14. et 15.
Figurarũ eterogeneitas, cur necessaria in generatione. 50.6.
Figurarum distinctio in officinis machinæ viventis. 64.14.
Figurarum annexio in sensatione. 214.15.
Figurarum rudis impressio prima in oviparis. 47.3.

Finis

Finis viventis machinæ naturaliter. 81.28.
Firma sensatio in solida fibra, quandò. 224.11.
Fluida qualem fortitudinem habeant. 56.13.15.& 15.
Fluida nutritiva primum motum suscipiunt. 158.2.
Fluida, quarè non vegetant. 191.4.
Fluido, quarè fervientativus motus. 166.2.*et* 3.
Fluidorum figura, quarè communicabilis. 27.14.
Fluidum omne, quarè sua figura gaudet, licet communicabili. 25.8.
Fluidum ideatur in omni specie. 180.4.
Fœcundandi munus dictum. 95.2.
Fœcundatio, quomodo in viventibus agatur. 100.4.*et* 5.
Fœcundationis munus quid exigat. 97.2.
Fœcundationis gradatio in diversis speciebus. 97.2.
Fœcunditas describitur. 98.3.
Fœcunditatis sedes in vegetantibus. 104.13.
Fœcunditatis Idea terrea. 124.7.
Fortitudo solidi corporis. 55.11.*et* 12.
Fortitudo in solido corpore. 58.17.
Fortitudo in fibra motrice. 59.20.& 21.
Fungi, quomodò enascantur. 116.9.
Fungi ex ovulo omnes fiunt. 117.11.& *p.* 123.6.
Fungi diversi, quarè diversa petant corpora. 120.3.
Fungi, ex quibus specificentur. 124.6.
Fungorum eruptio, quarè non fiat tenera ætate. 111.3.
Fungorum productio in plantis, lapidibus, cæterisq; 110.3.
Fungorum eruptio, quæ requirat. 112.4.
Fungorum similitudo, quarè inter ipsos, & molem fungosam. 114.6.
Fungorum productio, quomodò fiat. 115.8.
Fungus, quarè non erumpat ex insipido, et vappido. 112.4.
Fungus specificatur ab uterino sinu. 125.8.

G.

Generatio tertii generis, quomodò accidat. 109.2.
Generatio ex tota machina. 247.26.
Generationis initia, quæ requirant. 223.5.
Germinatio, quomodò distinguatur à generatione. 33.7.

Ger-

Germinatio spontanea in seminibus vegetantibus, quarè. 103.11.
Germinatio, qualis dicatur. 159.3.
Gradatio sensationis in machina vivente. 241.30.31.& 32.
Gravis sensatio ex defectu nutritionis. 213.10.
Gyratis motus in omni fluido. 184.3.

H.

Hilares, & jucundi, quandò. 222.4.
Historia notabilis. 141.2.
Homo, quarè fœcundans unam non aliam uxorem. 143.4.
Homogeneam figurationem, & eterogeneam rudem ex initio incubationis. 48.3.
Homogeneitas, & eterogeneitas quid pariat in artefactis. 50.7.
Horologica imitatio in sensatione. 235.5.6.& seqq.
Horologium ingeniosum ex multiplicitate partium. 43.6.

I.

Idea plantifera, qualis. 205.1.& 2.
Idea specifica omni speciei concessa. 181.3.
Idea saporum fert indolem extricationis. 161.9.
Ideatio fluidi, undè. 181.3.
Ideationis munus, in quo præcipuè fiat. 182.6.
Ideationis annexio inter fluidum, & solidum. 182.5.
Ignis, Aer, Terra suis figuris gaudet distinctis. 24.6.
Indoles figurarum confert ad motum. 161.11.
Initium vegetationis, & generationis ex eterogenea, & homogenea figura. 51.10.
Initium impressionis sensitivæ. 217.17.& 18.
Insipida, quarè non fermentant. 83.2.
Intestina, quarè diversos vermes. 151.5.
Intrinseci motus specificant motus. 156.5.
Intrinsecus primus fermentativus motus. 163.3.
Intrinsecus ventriculus, qualis in organica parte. 164.6.
Jucunditas fluidorum, qualem sensationem pariat. 224.7.

M.

Machina vivens multis figuris gaudet. 17.6.
Machina vitalis quanta exigat, & durèt. 78.9.
Machina nobilissima vivens, multiplicitate figurarum annotatur. 44.7.
Machinæ vitalitas, duratio, & fortitudo. 44.8.& 9.
Machinæ organicæ, figura naturali gaudent. 25.9.
Machinarum monstruositas, undè in artefactis. 17.7.
Metallorum figura propria. 20.17.
Migratio naturalis, quæ, & multiplex. 90.4.5.& seqq.
Migratio occasionalis, qualis in viventibus. 92. 8.& 9.
Migratio seminalis, qualis, & species. 93.10.
Mistio necessaria in motu extricante. 162.12.
Monstruositas in specie, & individuis. 40.15.
Monstruositas in viventibus. 71.22.& seqq.
Monstruositas interna, undè. 73.31.32.& 33.
Monstruositatis gradatio. 73.28.& 29.
Morborum origo. 227.4.5.& 6.
Morborum diversorum ortus. 229.11.12. & 13.
Motus naturalis intrinsecus, à quo, & in quo fiat. 5.
Motus gradatio. ibid.
Motus defectus, & molestia occasionalis, undè. 6.
Motus intrinsecus systolicus, & diastolicus partim ex figuris. 40.11.12.& 13.
Motus antagonisticus in vivente machina ex diversis figuris. 41.18.
Motus multiplices in machina, ex multitudine figurarum. 45.12.
Motus ab intùs, & extrà ex figuris. 52.16.
Motus in artefactis, & organicis. 60.2.3.& 4.
Motus alienatio, & læsio. 64.10.11.& 12.
Motus parvi in vegetantibus, undè. 65.17.
Motus multiplices in sensitivis perfectis, undè. 65.18.& 19.
Motus multiplices in machina perfecta, & qualibet parte organica. 66.20.& seqq.
Motus, quarè ex sapore. 83.3.
Motus, quarè generativus dicitur. 128.4.

Motus

Motus generativus, quæ requirat. 128.5.
Motus universalis in fibra motrice, quid requirat. 162.1.
Motus in omni officina. 178.2.
Motus omnis præcipuè ex nutritione. 184.4.
Motus sensitivus in machina. 212.9.
Motus annexio sensationi necessarius. 236.11.12.& 13.
Multiplicitas anatomica vasorum in machina. 43.4.
Multiplicitas, & varietas specierum in sensitivis, undè. 246.21.22.& 23.
Multiplicitas partium in machina, undè. 249.34.

N.

NEutralitas figurarum in machina vivente. 68.5.
Nocturna somnia, quomodò. 211.5.
Nutritio universalis à fluido naturali, quomodò. 7.
Nutritio partium quid petat. 46.16.
Nutritio, quarè petat homogeneitatem, & eterogeneitatem figuræ. 52.12. *cum seqq.*
Nutritio non fit sine emunctorio. 173.4.
Nutritio universalissimus, & ultimus motus. 183.1.

O.

OBitus instantanei causa ex veneno. 233.26.
Occasionalis causa, quarè fœtum imprimat. 139.8.
Occasionalis ideatio, quomodò in vegetantibus. 208.4.
Officinæ fœcunditatis, quarè spermaticæ. 132.5.& p.133.6.
Officinæ multæ, multa fluida perficiunt. 172.1.
Officinæ singulæ ideantes. 102.8.
Officinarum usus intrinsecus 62.5.6.& 7.
Officinarum diversa operatio, exigit figuras multas. 46.14. & 15.
Operationes veloces, morosæ, & singulæ, undè sint. 84.5.
Organica moles, quarè diversis figuris structa. 39.6,
Organica sedes, quarè uterus. 137.4.
Organicum, in quo fundetur. 156.6.
Ovarii vis in sensitivis. 136.1.& 2.
Oviparorum fœcundatio, quomodò. 104.12.

P.

PArs quælibet, figura gaudet. 18.1.
Partium diversa figuratio, exigit talem cribationem. 176.5.
Percipiens sensationem, quomodò 237.14. cum seqq.
Plãtæ, et herbæ, quarè habent radices pro utero suo. 106.14.
Plantæ ægrotant, dum fungos producunt. 113.5.
Plantæ, & herbæ, quarè non sentiant. 234.1. & 2.
Plantarum diversitas, quarè diversa loca petat. 119.2.
Plantifera, quando vivunt. 201.1.
Plantifera ideatio, quomodò tradatur. 206.2.
Primæ partes, quæ struantur in generatione. 103.10.
Primus motus fermentativus in seminibus, undè. 158.3.
Propagationis, & traducis successio in vegetantibus, & sensitivis. p.10. & 11.
Propagationis præceptum ab Altissimo. 130.2.
Pubertas universalitèr quid requirat. 97.2.
Pubertatis initium in herbis, & plantis. 137.3.
Pulchritudo, salubritas, quibus fiat. 224.8.

Q.

QUæ statuenda ideatio in vegativis. 207.3.
Quælibet pars verminationi subjacet. 152.6.
Quales sint sapores fœcundantes in verminatione. 147.2.
Quando anima vegetativa cessat. 203.2. & 3.
Quando sensatione non afficimur. 239.21.22. & 23.
Quantum dimensum figura gaudet. 14.2.
Quibus fluidis nutriatur sedes ovaria. 138.6. & 8.
Quibus seminibus desit vegetatio. 192.4.
Quibus fluidis ideentur somnia. 212.8.
Quomodo in vegetantibus, & oviparis sit crescere. 196.4.5. & 6.

R.

RAdicibus annexio vegetationis. 195.3.
Raræ monstruosæ generationes, quomodò. 143.5.
Reptilia, & imperfecta sensitiva, initiant à primis figuris. 34.8. & seqq.

Requi-

Requisita in sapore fœcundante. 142.3.
Rigiditas, & duritiès partium, undè 60.22.
Ros majalis sua gaudet figura. 26.10.& 12.

S.

SAlium gradatio gradat motum. 160.7.
Salubritas in vivente. 63.9.
Sapor primus à quo fiat. 4.
Sapor quilibet suam habet propriam figuram. 23.1.
Sapor fœcundans in oviparis, qualis. 49.5.
Sapor, quarè similis suo annexo. 115.7.
Sapores multiplices in machina vivẽte, quid requirãt. 43.5.
Sapores, initium fœcunditatis in sensitivis omnibus. 129.6. & 7.
Saporis proportio, copia, intromissio. 4.
Saporis fœcundantis gradatio in generatione. 51.9.
Saporum prima origo. 3.
Saporum fundamentum in quo consistat. 84.4.5.& 6.
Saporum varietas in speciebus, & individuis. 88.1.
Saporum necessitas in viventibus omnibus. 87.8.
Saporum naturalium in vivẽtibus primus ortus. 88.2.et 3.
Sedes fœcundationis in seminibus. 195.3.
Seminalis fructificatio describitur. 197.1.
Sensatio nulla in simplici fluido. 214.12.
Sensatio deficiens universalis, vel particularis. 225.14.15. & 16.
Sensatio tristis extrinseca. 231.22.
Sensatio in singula officina. 238.18.& 19.
Sensatione carent fluida. 239.24.
Sensationem diversum fundantia. 245.10.& seqq.
Sensationes variæ in machina vivente. 225.18.
Sensationes distinctæ, & variæ, undè. 240.27.
Sensationis discrimen inter partes sensitivas. 215.16.
Sensationis initium. 218.20.
Sensationis fundatio, & proportio, in quo consistat. 220.20.
Sensationis requisita explanantur. 226.2.
Sensus quilibet tristatur, vel gaudet. 238.20.

Simi-

Similitudo, & dissimilitudo in artefactis. 39.7. & seqq.
Similitudo in perfectissima specie sensitiva, undè. 40.14.
Similitudo in officinis viventis machinæ. 68.3. & 4.
Similitudo universalis, in quo fundetur. 68.7.
Similitudo in artefactis, undè. 69.8.9. & 10.
Similitudo in solido organico, quid operetur. 69.12.
Similitudo saporifera, & figurata jucunda. 222.1.2. & 3.
Similitudo, varietas, & multiplicitas machinarum hoc systemate, quomodò. 250.38.39. & seqq.
Similitudines fungorum habent certam causam. 114.6.
Solida dura, quarè non sentiant. 214.13. & 14.
Solidæ partis tristis sensatio. 232.33.34. & 35.
Soliditas in corpore, & laxitas. 75.11.
Soliditatis fundamentum, & gradatio. 75.7. & seqq.
Specierum diversitas, diversos parit vermes. 152.5.
Specierum sensitivarum diversitas, initium. 244.5. & seqq.
Specificam Ideam, quæ ducant. 245.14.15. & 16.
Specificatio vegetantium, & non vegetantium à figuris. 18.11.
Sterilitatis occasio contingens. 141.2.
Succi omnes in vivente eterogenei, quarè. 165.1.
Succorum depuratio, & filtratio. 45.13.
Succorum singulorum nutritio. 178.3.
Succorum varietas, sensationis multiplicitas. 231.19.20. & 21.
Succus fœcundans in vegetativis, an sempèr ejusdem indolis. 107.16.

T.

Tactus complacentia, quomodò. 224.9. & 10.
Terra, qualem fœcunditatem variam tribuat, & distinctam. 123.6.
Terra sinus universalissimus fungorum. 125.8.
Torpor, & diminutus motus, undè in machina vivente. 79.15.16. & seqq.
Tristis sensationis culpa. 227.3. & 4.
Tristis sensationis ortus. 228.7.8. et 9.

Varia

INDEX.

V.

VAria sensatio in sensitivis initiuns. 210.4.
Vegetare in seminibus, plantis, et radicibus quid. 190.2.
Vegetatio, quæ petat. 190.3.
Vegetatio quibus deest. 191.4.
Vegetativa anima, quandò. 202.1.
Vegetativæ animæ ortus in plantis. 203.2.
Vermes singulæ speciei figura specificantur. 19.12.
Vermes, quando producuntur in mortuis. 112.4.
Vermes similes in figura, cui insunt. 114.5.
Vermes, quomodò ex siccis corporibus non viventibus. 149.4.
Verminatio requirit saporem fœcundum. 146.2.
Vermium diversitas, ex quo. 150.5.
Viperini veneni intromissio, et offensio, quomodò. 233.26. 27. *et* 28.
Vivipara, quandò trahant primas figuras. 48.4.
Ultima perfecta dimensio in machina; undè. 21.20.
Ultima Idea, undè in fluidis. 167.4.
Ultimus motus, qualis in organica machina. 163.2.
Universalis motus ex partibus omnibus. 179.4.
Vocis diversitas in viventibus. 248.27.
Volatilibus, et bovinæ speciei, quarè datus alius ventrilus. 85.7.

FINIS.